LIBER SEXTUS
IURIS PUBLICI IMPERII ROMANO-GERMANICI:

De

NOBILITATE CIVILI, SIVE POLITICA, de Equitibus, de torneamentis, de insignibus.

AUTHORE

JOHANNE LIMNÆO JENENSI.





ARGENTORATI,
Sumptibus heredum PAULI LEDERTZ.

ANNO M. DC. XXXII.

PERILLUSTRI ATQUE GENEROSISSIMO DOMINO,

FRIDERICO,

COMITI IN SOLMS, DOMINO IN Muncerberg, Wildenfels, & Sonnenvvald, Præposito sacri cubiculi Imperialis, & Equiti aurato, Domino meo Clementissimo.

NOmen Tuum, Illustris & Generosissime Comes, præsentis libri frontispicium augustissimū constituere volui, ut salvam guardiam, vel securitatis characteres, illis opponerem, qui nostro hoc seculo, licentiose nimis, aliorum famam, scriptaq; involant, & Theoninis arrodunt dentibus. Erunt fortassis inter eosdem, qui me immemorem constitutionum accusabunt, quæ potentiorum nomina, titulosq; prædiis affigere, vel eorum nomina in litem prætendere, vetant: quæ, ut nemo privatus titulos prædiis suis, vel alienis imponat, vel vela Regia suspendat, severe sanciunt. Hic quidem color illis erit, at nulla mihi inde pœna. Constitutiones mihi sanctæ sunt, qui nullius in frau-

dem, Illustris Generositatis Tuæ tutelam & protectionem submisse ambio. Nam hoc licere, & recta ratio, & usus, qui rerum magister est, me docuit. Cæterum ut tuta mihi cuncta sint, Illustris & Generosissime Comes, conatum meum, approbatione gratiosâ ratum habe, & præsentis libri tutelam suscipe benignissime. Hoc calide Te rogatũ velim. Tiberius Cæsar, ut author est Hesychius, Potamonem Mitylenæum, Rhetorem, patrium solum repetentem, his literis dimisit: Potamonem, Lesbonactis filium, si quis offendere ausus fuerit, consideret, an mecum possit dimicare. Sis mihi, Illustris & Generosissime Comes, hoc in cursu Cæsar, ego Tibi Rethor & cliens, laudes, gratesq; dicam immortales. Dabam Onolsbachi 27. Augusti Anno Christi 1632.

Illustr. Generos.

Tuæ

obsequentissimus

Johannes Limnæus.

LIBER

LIBER SEXTUS, DE NOBILITATE civili, seu Politica.

CAPUT I.

De variis Nobilium appellationibus & causis Nobilitatis.

SUMMARIA.

1 Circa nominum derivationem [illegible] [illegible].
2 Nobilis q. non [illegible].
3 Nobilis q. non vilis.
4. Nobilis q. nobilis.
5. Nobilis dictus a noscendo.
6. Nobilis, vox media, & communis, ad bonum proq; malum.
7 Nobilis unde Hispanis dicatur Hidalgus.
8. Gentilshommes, & Gentilhuomini unde dicti. 9.
10. Edelman unde, ex sententia Comitis Solmensis.
11. Adeler unde dicatur.
12. Edelman unde dictus, ex sententia aliorum.
13. Authoris opinio.
14. Junckern unde dicti. 15.
16. Nomen in abusum abiit.
17. Schufft unde dictus.
18. Vocabula uno in tractu honesta, alibi quandoq; injuriosa.
19. Nobilitas alia Ethica, alia Politica, utriusq; quæ causa.
20. Nobilitatem ferè communem [illegible] jura civilia [illegible] [illegible].
21. Ratio prima.
22. Ratio secunda.
23. Respondetur ad easdem. 24.
25. Nobilis in uno, an protinus Nobilis in alio Regno. 26. 27.
28. [illegible] quod omnes ferè gen[illegible] [illegible].
29. Imperator [illegible] Nobiles.
30. Item Rex [illegible].
31. Electorale collegium quem nobilitatis conferat gradum.
32. Rex Bohemiæ nobilitat.
33. Et Archiduces Austriæ.
34. [illegible] Petro Fritzio.
35. Comites Palatini quando nobilitandi jura tenent.
36. Electores, Principes, Duces &c. jura habent nobilitandi.
37. Ratio prima.
38. Ratio secunda.
39. Ratio tertia.
40. Jura non habeant.
41. Ratio enunciati [illegible].
42. Ratio altera.
43. Ratio tertia.
44. Huic sententiæ, cum protestatione subscribit Author.
45. Respondet ad contraria. 46. 47. 48 49. 50
51. Digni demum & virtuosi nobilitandi.
52. Cloveni querela.
53. Carolus V. etiam viles quandoque nobilitavit.
54. Idem à Regibus Galliæ factum.
55. Idem à [illegible].

1. SI qua unquam inter homines varios licet deprehendere lusus, in Derivationibus, atq; verborum originibus deducendis eos deprehendere datur. Tot enim plerunq; ibi videas sententias, quot capita; tot opiniones, quot individua. Testes in præsentia non ponam alios, quàm ipsum Nobilis nomen, cui quàm variæ diversissimæq; origines ab aliis fuerint ascriptæ, explicandum resumo.
2. I. Nobilis aliis dictus videtur quasi non bilis, quòd illi omnium maximè conveniat humilitas, humanitas, & mansuetudo. Quò enim quis est generosior, eò ad iram tardior, & ne ipse quidem Juppiter facilis ad fulmina. At cui de facili, ut cum Poëtâ loquar,

Fervens difficili bile tumet jecur,

certa imbecillitatis suæ ponit κριτήριον, & quàm longissimè à Nobilium
3. recedit decore. II. Aliis placet, quòd Nobilis sit dictus non vilis. Indeq; esse contendunt oppositionem legibus usitatam, inter viles, Nobilesq;. *auth. præsides. in pr. C. de Episcopal. audient.* atq; altero ex latere conjunctionem vilium, atq; ignobilium personarum, *l. Novell. 90. c. 1.*
4. III. Qui à prima derivatione quàm longissimè recedunt, allusione alia, bilem litigiaq; Nobilibus tanquam pedissequos & comites jungunt. Illis enim Nobilis est, quasi Nobis lis, quòd superbia Nobilibus ex animo litigandi ab horoscopo & synastria innata sit, & congenita, ut ex aliis notavit Nolden *de statu Nobil. civili c. 1. num* 4. Quorum si ingeniosa fuisset notatio, majori dixissent veritatis fulcro, Nobilibus professam litem dari in vitia, atq; flagitia, quæ cùm viliores soluto sectantur fræno, soli ii sunt, qui sub virtutis militant vexillo. Unde proverbio locus factus: Fromb/ Weiß vnnd Mild/ gehört in deß Adels
5. Schildt. IV. Mihi placet cum aliis, Nobilem à noscendo dictum, planè ut stabilis à stando. Cui ergò hominum rei vel loco, res gestæ, dictisq; aut fortuna magnam & latam pergentes circumfudere famam, hoc est, quem complures nôrunt, quive multis nominis est, non facilè video,
6. cur nobilis dici non possit. Idque vel pejorem in partem, ut, nobile scortum, nobilem scurram vel latronem, & clade Romana nobiles Cannas, dicimus: vel benigniorem, quâ virtute, dignitate & meritis excellentes, Nobiles, dicimus. Est enim vox hæc, Nobilis, una ex illis,

quæ

quæ mediæ dicuntur: Jacob. Curt. *lib. 2. Conject. 29.* & communem ad
bonum & malum, honestum aut turpe, prosperum aut calamitosum,
habent significationem. Cujus notæ etiam est verbum persuadere, *ut*
Ulpianus *docuit in l. 1. §. 3. ff. de servo corrupt.* & alia complura à dicto
Curtio consignata *lib. 3. Conject. 11.* Apud Hispanos Hidalgos idem est 7
quod nobilis, bonâ significatione. Ginesius de Sepulveda, Hidalgo de-
rivat ab Italico, quòd Italici à tributis immunes erant *l. de his. C. de Epi-
scorp. & Cleric.* & in Hispaniâ fuêre quædam Coloniæ, quæ censeban-
tur Juris Italici. *l. in Lusitania. cum l. seq. ff. de censib.* Indè ait, qui aliquem
immunem volebant dicere, Italico pronunciabant, undè paulatim ef-
fectum est, hydalgo. Placet hæc interpretatio Gregorio Lopetz *in l. 2.
tit. 21. part. 2.* Otalorç *de nobilit. 2. part. c. 3. n. 5.* *Sarmiento. l. 1. select. ar.
interpr. c. 15.* Didaco Perez *in l. 1. tit. 2. lib. 8. ordinar.* Displicet Ga-
spari Baezæ *de inope debitore c. 16. num. 44.* qui ait, non esse verisimile,
Gothos dictos Romani nominis hostes, suam nobilitatem Italico no-
mine significare voluisse. Displicet etiam Gomezio *in lib. 2. de potest.
in seipsum. c. 23. n. 24.* sed aliàs propter rationes. Baeza *d. l. num. 43.* dicit,
quòd, Hidalgo, nihil aliud significet, quàm fiio dal godo. Notum enim
hoc nomen, cùm occupatâ à Mauris Hispaniâ indigenæ ad montuosa
Asturiæ loca accurrerunt, quò verisimile est confluxisse ex universâ
Hispaniâ plures, tàm ex veteribus, & originariis incolis, quàm ex de-
scendentibus Romanorum & Græcorum, quàm etiam aliarum natio-
num, quæ Hispanias inundârunt, Alani, Vvandali, Suevi, Gothi. Inter
quos verisimile est, Gothos, qui dudum imperium tenuerant, præcel-
luisse. Inter hos ergò filium Gothi se vocabat, qui nobilitate præcedere
volebat, unde fluxit, fiio dal godo, & indè per apocopen effectum est
fidalgo. In Galliâ Nobiles dicuntur Gentilshommes, ut in Italiâ Gen- 8
tilhuomini. Quod indè tractum Marcus Welserus *lib. 8. rer. Augusta-
nar. p. 163.* opinatur, quia barbari, antea Gentes dicti, in devictis pro-
vinciis meliori, quàm Romani, jure fuerint usi. Lansius verò *in decas.
de thematum per saturam conclus. 5.* aliam planè consignavit causam
Scilicet cùm circa declinationes Imperii Romani barbaris undiq; in- 9
cumbentibus præ aliis militibus duo præcipuè genera singulari forti-
tudinis gloriâ excellerent, Gentiles nempè, & Scutarii, Francorum
Reges ad exemplar Romanorum, Majestati æmuli, fortissimos quos-
que, & præclare de patriâ promeritos milites honoribus & beneficiis
suprà communem sortem itidem eveherent, indè factum, ut emeriti
illi Franci sic honorificè à Regibus habiti & possessionibus aucti, Ro-
manorum gentilibus & scutariis omninò similes, & ipsi Gentiles, ac
Scutarii

Scutarii, Gentilshommes & Escuyers vulgò vocarentur, atque tractu temporis tantùm tales milites inter Nobiles censerentur. De Germanicâ voce, Edelman, quâ Nobiles insignimus, ita philosophatur Rein-
10. hardus Comes à Solms/ in beschreibung deß Adels *p. 10.* Die Stein in den Ringen heist man den Adel nach Edelstein/ gleich wie man saget/ ein Edelmann. Warumb heist man sie Edelstein? darumb daß man saget/ sie haben Tugenten an jhnen/ als einer von dieser/ der ander von jener: Also soll der Adel auch von Tugenten sein. Warumb hat der Kayser den
11. Adler? daß er der höchste fliehende Vogel vnder allen andern Vögeln ist/ vnd sie sich vor jhm förchten/ vnd ein auffsehens auff jhn haben. Warumb heissen die von Adel/ Edelleut/ das ist/ Adlers Leut: daß sie zum Adler gehören/ helffen jhm mit dem Schwerdt vertheidigen vnd handthaben. Verùm si, quod res est, amamus dicere, vox, Adeler, non originem præbet dem Adel, sed potiùs ab eâdem voce, ad combinationem, quæ alia tracta non importat aliud, quàm si dicas, der Edle Herr/ hoc est, nobilis avis. Alii ab Hebræo, Atsilmi, quod Optimates; alii à Græco,
12. ἄϑλιος, quod benè meritum, vel præmio affectum notat: alii ab ἔδω, quod idem est ac placuit, quòd Nobiles omnibus propter virtutem placeant, alii ab, ἕδρα, sedes, hoc est, possessio & bona, cùm plurimùm Nobiles opulentis possessionibus insignes sint; alii ab Adelo Frisonis,
13. Frisoniæ gentis conditoris filio, deducunt. Ego, sive Adelmann/ sive Edelmañ considerem, compositionem factam arbitror ex duabus voculis primogeneis, & propriæ originis Germanicæ. Quod si non meliori, sanè eâdem autoritate, asseverare ausim, quâ cæteri qui Græcam, Hebræamq; confinxerunt originem. Nec præterea infrequens apud
14. nostrates est, Nobiles Junckern vocare, quasi junge Herrn/ quod pro subjecto, non interpretor juniores dominos, sed minores, quòd respectu majorum, der grossen Herrn/ hoc est, Principum, Ducum, Comitum Baronumq; ipsi minores sint & dicantur Domini. Jung enim & Klein/ non rarò significationem apud nostrates unam habent, atq; convenientem. Illud non diffiteor, etiam ætatis respectu nonnunquam
15. Junckern dictos, at illud potissimùm in illustribus usitatum deprehendo familiis, in quas & fortassis primum nomen Junckern usus introduxerat. In diplomatibus Ducum Brunsvicensium de an. 1374 legitur, Whe Junckherrn Friedrick, Bernhart, Henrick vnd Otto/ Bröder van der Gn. Godes/ Hertoge tho Brunswig vnd tho Luneberg. & in alio de an. 1400. We Junckher Bernde vnd Ehr Hinrick von der Gn. Godes Hertogen tho Brunschwig vnd tho Luneberg. Extant *in actis homagialibus der Stadt*

Brun-

Brunschweig *tom. 1.* In pactis hereditariis Comitum Holsato-Schaumburgicæ, & illustrium Comitum Sternbergæ, anno 1370. confectis, subscriptio talis est, Graff Henrich von Sternberge/ rc. Juncker Simon von Sternberge/ Dechandt zu Padeborn vnd Juncker Johan Graff zu Sternberge: apud Spangeberg *in Chron. Schamburg. l. 5. c. 18.* & Goldastum *l. 2. de major. c. 7. n. 14.* Statuto Comitum ab Hanaw/ cautum fuisse memorat Knichen. *in encyclopæd. c. 1. n. 102.* ut primogenitus solido jure sibi ditionem vendicaret, atq; titulo, Herr uteretur, fratres autem reliqui juniores, Junckern/ appellarentur. Temporis progressu eadem vox communi loquendi more, sed alio significatu ad nobiles transiit, hodieq; utrisq; cancellis perruptis, etiam plebeiis, ab assentatoribus, & famulis quoq; 16. attribuitur, quibus idem est dicere, mein Juncker/ mein Prinz/ quod aliis ad antiquam normam, mein Herr. Vnde Nobiles eâdem â dictione nonnullis in locis incipiunt abhorrere, dum, quod proprium habebant, profusâ liberalitate aliis communicari audirent. Saxonibus pauca antè 17. secula Nobilis dicebatur, Schufft. Originem vocis ab Hebraico, schophet, quod Judicem significat, deducit Nolden. *d. tractat. c. 1. n. 29.* quod ipsi firmandum relinquo. Mihi constat, primò illud honestum, nunc pro injurioso haberi, præsertim in superiori Germaniâ. Ejus generis complura quoq; dantur alia, quæ hîc pro honestis, alibi pro inhonestis exaudiuntur. Ita in Saxoniâ & inferiori Germaniâ, Huren/ vocabulum 18 per se inhonestum non est, cùm significet locare vel conducere; nobiscum verò ne colorem quidem ullum honestatis admittit, cùm Huren/ & Hureren treiben/ vagas vetitasq; significet libidines, & meretricios coitus. Gallis, Hure caput significat aprugnum, ursinum, lupinum, nec non per translationem hominis caput, quod comas bestiarum in morem atrigit, aut negligenti ostendit pectine curatas. Nobis verò, Hure/ ea est, quæ corpore quæstum facit, quæ promercalem exercet libidinem, & vulgato vocabulo, meretrix, dicitur. Qui latinis tristis dicitur, Gallis est triste: Apud Italos verò, tristo, non tantùm mæstum, sed & hominem nequam atq; scelestum significat. Polonis, LieKarski, medicus est; nobis longè aliud significat, quod sine veniâ verbis mihi non licet exprimere, nec ea impetratâ exprimere opus est, cùm omnibus, etiam me tacente, notorium sit.

Cæterùm ut â nominibus tandem ad rem accedamus ipsam, con- 19. fusionis vitandæ ergò tenendum est, Nobilitatem aliam Ethicam esse; aliam Politicam. Illius causa virtus est, quæ cultorem suum Nobilem facit, nullius aliâ accedente operâ. De hac intelligenda omnia illa veterum dicteria, quæ Nobilitatem solam atq; unicam esse virtutem constituunt.

Politica, licèt & ipsa à Virtute sit, esséq; indè debeat; attamen virtutem
non ut efficientem habet, sed ut concomitantem, seu ut pleniùs dicam.
Virtus politicè non nobilitat, sed Principis benigna voluntas, legis con-
suetudinisq; efficacia, quæ ex virtuosorum choro non quemlibet indi-
stinctè, sed quã velint, plebeja eximunt conditione atq; Nobilium trans-
ferunt in classem. De Ethicâ Nobilitate nobis hîc dicendi lubentia non
est, sed de politicâ tantùm. Nec tamen & de hâc quoq; plenè & fusius,
sed tantùm ita, ut quæ ab aliis vel indicta, vel non satis cultè, tandemq;
malè fuerunt dicta, nostra exhibeat, examinet, suppleatq; diligentia. Hęc
20. itaq; undè originem habeat, inquirendum in principio est. Nobilitatem
juris esse civilis, communi ferè eorum, quos ego vidi, sententiâ compro-
batum est. Ita enim statuit Pruckman. *in §. soluta potestas. c. 4. observ. 4. n. 11.
& seqq.* Matth. Steph. *de jurisd. l. 2. p. 1. c. 7. membr. 2. n. 14.* Vultej *consil. Mar-*
21. *purg. 34. n. 167. vol. 3.* Nolden. *d. tr. c. 1. n. 87.* Petr. Fritz *in concl. de nobil. con-
clus. 3. t. 6.* opinionis suæ rationes ponunt I. § *1. Inst. de jure person.* ubi dici-
tur, sum̃a divisio personarũ est, quòd omnes homines aut liberi sunt, aut
servi. Quæ divisio ideò summa dicitur, quòd eâ jure gentium homines di-
stinguuntur. Quapropter nobilitas juri gentium incognita est, alioquin
22. summa hominum divisio ea fuisset, quod homines in nobiles & plebejos
discriminarentur. II. cùm jus gentium æqualem faciat hominũ sta-
tum, (est enim jus, quo omnes homines utũtur, *§. 1. Inst. de jure nat. gent. &
civil.*) omnes omninò essent nobiles, gentiũ jure si nobilitas introducta.
Verùm quando hasce mecum perpẽdo rationes, ne hilum inter ipsas re-
perio, quod eam, quam introducunt, valeat probare sententiam. In Insti-
tutionibus, seu primis juris elementis, tres potissimum hominum divisi-
23. ones referuntur. Prima est, quæ *dicto in §. 1. Inst de jure person.* proponitur;
altera est, quæ traditur *sub. t. de his, qui sunt sui vel al. jur.* tertia verò extat *in
§. 1. Inst. de tut.* Fr. Hottoman. *ad d. t. § 1. de jur. person.* Summa autẽ ea dicitur,
tùm quia ex gentium jure est, reliqua autem ex jure civili, quod illo infe-
rius & posterius, *§. singul. inst. de rer. divis.* tum quia ejus pars latior, majore
aliarum omnium divisionum parte amplior atq; uberior. At non inde
protinus concludes, summa est, ergò sola est, etiam ipso de jure gentium.
Quemadmodum enim non sequitur, homines de jure gentium, aut libe-
ri sunt aut servi, ergò de jure gentium non sunt legati. *l. ult. ff de legat.*
non sunt Reges & magistratus, *l. 5. ff. de l. & l.* Imperatores, *§. servi 3. Inst.
de jure personar.* non deniq; liberti, *l. 4. ff. de l. & l. §. seu libertini. princ.
Instit. de libertinis.* Ita etiam non sequitur, de jure gentium omnes ho-
mines aut liberi sunt aut, servi, Ergò de jure gentium nulli sunt nobi-
les. Hoc verò inde rectissimè intuleris, quia summa, seu prima de
gentium jure hominum divisio est, in liberos & servos, Ergò
prima

prima illa eodem de jure esse non potest, in nobiles & ignobiles. Sed hoc nihil ad firmamentum propositionis. Licet enim hæc summa non sit divisio, tamen à summa non excluditur, sed eam hæc subsequitur, modo quo divisionem primam divisiones aliæ. Hoc scil. modo omnes homines aut liberi sunt aut servi. Liberi aut nativitate tales sunt, aut manumissione. Vtriq; aut Nobiles sunt, aut ignobiles &c. Secundum argumentum 24. connexionis destituitur ratione, idemq; sive puerile, sive falsum dixeris, utroq; enunciato verũ dixeris. Quo jure omnes homines utuntur, eodẽ jure omnium hominum stat⁹ æqualis est. At gentium jure omnes homines utuntur; Ergò gentium jure omnium hominũ stat⁹ æqualis est. Hæc sanè ad normam syllogisticã redacta adversariorum erit argumentatio. Sed, ut dixi; majoris connexio in eâ nulla est. Itaq; si quicquam concludere ad propositum voluerint, necesse est, hoc ut concludant modo: Quod jus æqualem omnium hominum statum facit, illud jus nullos agnoscit Nobiles. At jus gentium æqualem hominum statum facit Itaq; jus gentium nullos agnoscit Nobiles. Hoc verò medio si fuerint argumentati, minoris erit manifestissima falsitas; Jus enim gentium, ut prima adversariorum ratio monstrat, non æqualem, sed inæqualem hominũ statum facit, 25. dùm liberos agnoscit alios, alios verò servos. Pergit suis ex principiis inferre Nolden. *d. l. n. 89.* non insubtiliter dici posse, eum, qui dignitatem habet ex Principis sui privilegio, quantumvis simplicem & absolutam, non posse dici Nobilem extra territorium concedentis, siquidem jus dicenti (ut sc. à se nobilitati eodem æstimentur ab omnibus honore ac precio) extrà territorium & suprà jurisdictionem, impunè non pareri. Quãvis ex mutuo populorum consensu & quadam veluti tolerantiâ aliud receptum sit, ut qui Nobilis est in una provincia, pro tali etiam habeatur in aliâ. Anton. Fab. *in C. l. 9. t. 28. defin. 12. n. 9.* Quoniã si Nobiles Germani, qui verè Nobiles sunt, non essent Nobiles in Poloniâ, vel Daniâ, jure eveniret, ut nec Danos vel Polonos Nobiles dici paterentur in Germaniâ, *arg. 1. ff. quod quisq; juris &c.* Quis enim aspernabitur, idẽ jus sibi dici, quod ipse aliis dixit vel dici effecit? aut quis justissimã illam & â natura profectã Talionis legem justè deprecari poterit? Quisquis igitur alicubi Nobilis est, eũ ubiq; Nobilẽ necesse erit, cùm ea dignitas ad hominis qualitatẽ pertineat, quæ nõ minùs individua est q̃ ipsa hominis substantia. *arg. l. si ex causâ. 9. sub: Br. ff. de post.* Gail. *de arrest. Imp. c. 6. n. 7.* Guttieretz. *q. 13. pract. qq. n. 95. l. 3.* Fab. de Anã. *consil. 40. n. 43.* Hactenus Nold. Cuj⁹ ad illationẽ notandũ 26. est, Nõ inde esse, quòd Nobilis uno in Regno, in altero non statim habẽdus sit pro Nobili, cùm Nobilitas non sit ex gentiũ jure, ut ipse opinatur. Licet enim Nobilitas esset ex jure gentiũ (uti est) nihilo tamẽ minùs non

ſequeretur, Nobilem in hoc Regno, eſſe Nobilem in alio. Scilicet Nobilitatis, æquè ut Magiſtratus origo in genere à jure eſt gentium, in ſpecie verò, ut huic vel illi tributa, tributusve conſideratur, potiùs ejus ex regni jure proprio vel civili eſt. Inde magiſtratus hujus regni pro magiſtratu alio in regno non habetur, imò ne in omnibus quidem ejus regni angulis, in quo certæ provinciæ magiſtratus eſt, ratione ſcilicet juriſdi-
27. ctionis, autoritatisve. *l. 2. ff. de offic. proconſ.* Quòd ſi differentiam inter magiſtratum & Nobilem conſtitueris, non equidem tibi ero difficilis, at illa me quadantenus non tangit, de hoc ſolùm innuo, non omne quod à jure gentium in genere conſtitutū eſt, in ſpecie ſi conſideretur, eundem ubiq; obtinere vigorem. Nobilem itaq; qui exttà territorium ejus, qui talem fecit, pro Nobili habent, non hoc ad principium juris gentium oculum ſenſusq; reflectunt, ſed ut rectò ex aliis docuit Nolden, ad illud,
28. quod nobis volumus, id alteri faciamus. Eſſe verò Nobilitatis originem ex jure gentium deducendam, inde conſtare arbitror, quod nulla, quantum conſtat, tàm barbara gens reperiri detur, quæ non ſuos habeat Nobiles. Genus, inquam, Nobilitatis in jure gentium expreſsè eſt fundatum: certas autem ſpecies nonnullas per additionem juris Civilis, hoc eſt, quòd hic vel ille populus tanquam proprio utitur, demùm cæpiſſe, in confeſſo eſt. Habet ſuos Germania Nobiles, habet Gallia, habet Anglia, Hiſpania, Italia, Polonia, Suecia, Dania, Turcia, Moſcovia, China. Nec novus quidem illis deſtituitur orbis, ut ex hiſtoriis patet. In Imperio
29. noſtro, cujus potiſſimùm reſpectu totus hicce diſcurſus abſolvetur, Efficiens potiſſima causa Imperator, & Rex Romanorum eſt, vel legis virtus, vel conſuetudinis robur. Imperator dicitur Pflantzer vnd Handthaber deß Adels: in Königs *Ferdinandi reſolution* von der Landſtände Ritterſchafft ꝛc. Freyſtellung vnd Religionfrieden *apud* Goldaſt. *in* Reichsſa-
30. tzung. *p. 2. Et dixi ſupra l. 2. c. 9. n. 17. & ſeqq.* Quòd ſi contingat, Imperatore adhuc in vivis & ad gubernaculum exiſtente, Regem eligi Romanum, jure proprio & eum quoq; Nobiles creare dixeris. Idq; firmare videntur illa verba, *Reichs Abſchiedt imperii de an. 1548.* §. Wiewol auch in der ringerungshandlung/ daß die Graffen vnd Herrn/ ſo kurtzlich jhre dignitet erlangt/ ſolten in *recognitionem preeminentiæ* ſo ſie von vns/ vnd vnſern
31. freundtlichen lieben Bruder dem Röm. König empfangen. Electorale collegium quoq;, dum jus habet eligendi regem Romanorum, vel Imperatorem, poteſtatem habere dignoſcitur ſummam Nobilitatis ſpeciem alteri conferre. Etenim Imperator Nobiliſſimus. *l. 3 ff. de natal. reſtit.* Nobilis *inſcript. l. 11 C. de tranſact. Inſcript. l. 3. C. qui bon. cedere inſcript.*
32. *l. 6. C. de liber. cauſ.* Imperatoris beneficio Nobiles creat. 1. Rex Bohemiæ,

hemiæ, in Bohemiâ scilicet, & in incorporatis, ut loquuntur, provinciis, i.e. Moraviâ, Lusatia, Silesiâ, ubi ad quatuor primarios Baronatus nemo admittitur, nisi vel ab Imperatore, vel Rege Bohemiæ Baro fuerit creatus. Curæus *in descript. Siles. part. 2. p. 271.* II. Archiduces Austriæ. 33.
Nam ut superiùs adducta horum innuunt privilegia, habent ii potestatem, In allen ihren Landen/ Herrschafften vnd Gebieten/ Graffen/ Freyherrn/ Ritter/ Knechte/ vnnd verdiente tügliche Personen von Neuen Edel zu machen. Quæ verba cùm satis clara sint, admirari non desino, 34.
licentiosam Fritzii assertionem *conclus.* 8. *de Nobilit.* quâ Archiducibus Austriæ, nonsolùm in suo Archiducatu, sed & in toto Imperio, nobiles, imò & Barones, Comitesq; creandi jus competere, scripsit.

III. Comites Palatini Rheni *ut dixi* *l. 3. c. 9. n. 82.* aliiq; quibus hoc 35.
ab Imperatore specialiter est, concessum: Sixtin. *de Regal. l. 1. c. 4. n. 104.* Tiraquell. *de Nobilit. c. 6 n. 6.* aut qui præscriptione immemoriali hoc sibi acquisiverunt: argum. eorum, quæ tradit Bocer. *de Regal. c. 4 n. 45.* Præ- 36.
ter nominatos hactenùs, an Electores, Duces, Marchiones & cæteri Dynastæ Imperii immediati, quoad suas ditiones & territoria nobilitare possint, controversum video. Affirmativam generaliter autoritate sua firmat Vulteius *l. 1. de F. c.* 8. *n. 10. §. ignobile p. m.* 220. Habent, inquit ille, in Imperio Romano eam potestatem (nobilitandi scilicet) Principes omnes. Et eandem in decisionem Nolden. *d. tr. c. 2. n.* 177. allegat Knichen. *de Saxon. non provocand. jure c. 1. n. 8.* (ubi tamen nihil hac olere, sed demùm *sub n. 63.*) Anton. Gothof. *disput. feud. 1. thes. 6 lit. b.* Dionys. Gothofr. *in praxi civili l. 3. tit. 5. de statu homin.* Schrader. *de feud. part 10. sect. 1. n. 26.* Idq; sine controversiâ esse & usu atq; consuetudine probari, secundùm Rosenthalium *de feud. c. 5. concl. 13. l. 6.* Rationes producit Noldenius *c. seq.* I. Non ad mandatum Imperatoris, sed proprio & ordina- 37.
rio Marte Regalia & jurisdictionem obtinent universalem, territorio munitam, die hohe Landsfürstliche Obrigkeit/ mit allen Gerichten Obrist/ mittelst/ nidrist/ mit allen ihren Ehren/ Würden/ Freyheiten/ Nutzungen/ vnd zugehörungen. Knichen *de sublimi territor jur. c. 1 n. 179* Meichs. *decis. can. 8. num. 21. tom. 2. l. 1.* Nicol. Reusner. *decis. 21. n 33. l. 4.* Tales autem æquiparantur non recognoscenti superiorem. *Gallin. de V. S. lib. 10. c. 35. n. 11.* Purpur. *rubr. de jurisdict num. 58.* II. Quia tantum pos- 38.
sunt in Principatibus suis, quantum Imperator in Imperio, *Dd communiter*, & Dauth *de testam. n. 36. lit. o.* ubi ait, se audivisse, quòd nostri Politici ita reddere soleant, daß ein jeder Fürst Kayser in seinem Lande sey.
III. Electores habere potestatem eligendi & faciendi Imperatorem, qui 39.
talis sit & habeatur per universum orbem, & tamen non habere facul-

tatem creandi Nobilem, quoad suum Electoratum, esset absurdum. Quod argumentum ab absurdo vitando valet, tanquam ridiculum & ἀκακόλουθον. cum non sit admittendum, undè illud promanat, *l. absurd. 7. ff. de*
40. *oper. libert.* Simon de Prætis. *consil. 44. n. 7. vol. 7.* Contrariam in opinionem secedunt alii, quos inter Renatus Choppinus *de doman. Galliæ. l. 3. tit. 26. n. 12.* scribit, Cæsariani subditi, nobilitatis beneficium petunt ab uno Cæsare, non ab inferioribus Sacri Imperii Regulis. Et solum Imperatorem nobilitare posse statuit. Bocerus *de Regalib. c. 2. n. 7.* Ferrar. Montan. *tr. feudal. l. 5. c. 7. vers. Regalia adhuc bifaria.* Bodinus *3. de Rep. 8.* Regner. Sixtin. *de Regalib. l. 1. c. 5. n. 123.* Matth. Steph. *de jurisdict. l. 2. p. 1. c. 7. membr. 2. n. 18.* Horum rationes duas posuit Fritz. *d. differt. conclus. 7. lit. h.*
41. I. quia generali concessione feudi, Ducatus, Comitatus &c. ipsa regalia munera concessa non intelliguntur, cùm ea sine speciali concessione non transferantur. *c. quod translat. 4. extr. de offic. delegat. c. in general. de R. I. in 6.* Pacian. *de probat. l. 6. c. 18. num. 20.* Bocer. *de Regal. c. 4. num. 5.*
42. II. quia in Aureâ bulla Caroli IV. quædam de Regalibus & reservatis Imperatoris Principibus, Electoribus peculiariter concedantur, quà speciali concessione opus non fuisset, si iis regalia omnia indistinctè compete-
43. rent. Hisce in subsidium III. dici poterit, frustrà Austriacis privilegio peculiari concessum jus Nobilitandi, si ut immediati Imperii Principes, id proprio habuissent jure. *arg. l. un. C. de thesaur. l. 10.* Atq; huic ego accedo
44. opinioni, salvo tamen Principum jure. Nec enim calamus meus, si quid hâc in re habent, illis detrahere paratus, uti nec illud quod non habent,
45. tradere validus. Magnæ quidem authoritatis meritò apud me Vultejus est; at verò dùm nudè nec additâ probatione, in arenam comparet, parùm fidei ei attribuendum venit. Doctori enim in suam sententiam nihil allegan ti, nihil, vel parùm fidei adhibetur, quantumvis etiam magnæ sit authoritatis. Bl. *in l. Rempubl. C. ex quib. caus. major.* Hippol. de Marsil.
46. *consil. 136.* Consuetudinem verùm, ad quam alii provocant, nondum ab illis probatam dico. Præstereà non videntur illi ritè distinguere inter honores & Nobilitatem. Honores quidē & dignitates Principes suis in territoriis distribuunt, & tales quidem, qui quàm proximè ad Nobilitatis accedunt faciem & analogiam, at Nobilitaté non tribuunt. Et ne quis miretur, me dignitates & honores à Nobilitate separare, perpendatis, velim, licèt omnis Nobilitas honos sit, non tamen omnem honore esse No-
47. bilitatem. Equidem Anton. Faber. *in C. suo l. 9. t. 28. definit. 10. n. 6.* putat, dignitatem plus esse quàm Nobilitatem, cum dignitas vox possit esse sine Nobilitate, possit autem Nobilitas è contrario esse sine dignitate. Verùm ut maximè dignitatis nomen longius pateat ipso Nobilitatis vocabulo. Bl. & Dd. *in l. 1. C. de dignitat.* adeò ut in Nobilitatis descriptione generis

locum

locum obtineat: attamen ſi ſpecies dignitatis conſideres, nihil erit frequentiùs, quàm dignitatem dari ſine Nobilitate; nunquam tamen, quod videam, nobilitatem ſine dignitate. Eſt enim Nobilitas nihil aliud, quàm quædam dignitas. Deniq; dato, etiam Principes in territoriis ſuis eò uſq; poteſtatis ſuæ extendere manus, ut Nobilitatem aliis concedere audeant, facti tamen hoc erit, nec indè probaveris protinus, illos jure agere quod agunt. Omnium verò maximè id ſpectari debet, non quid factum eſt, ſed quid fieri debeat, *l.12.ff. de offic. præſid.* Non obſtat primò in 48.
contrarium adducta ratio. Nam authoritate ea tantùm non ratione nititur. Et probandum per ſingulos Imperii proceres erat, unumquemq; eorum jura territorialia proprio nactum Marte. Quoniam illi ſub Imperatore ſunt, ejusq; beneficio ſua tenent territoria, præſumptio eſt, eosdem jurisdictionem & Regalia ſua ab Imperatore tenere. Imò ex nonnullorũ inveſtituris patet, ipſorum majores ab Imperatoribus jurisdictionem & Regalia nactos. Quòd ſi verò alii ſunt, qui præſcriptionem, atq; inde proprium allegant jus, in eâ verſantur allegatione, quæ probari debet in ſpecie, ſe Nobilitandi jus per tempus immemoriale ſibi acquiſiviſſe. Quodſi probatum dederint, nihil eſt quòd illis oggranniam. Secunda adverſario- 49.
rũ propoſitio, quàm lubrica ſit, quantasq; admittat exceptiones, demonſtrat Reinkingius *de reg. ſecul. l. 1. claſſ. 5. c. 6. per totum,* & dixi *ſupra l. 4. c. 8. n. 9. & 10.* planè ut ad probationem huic validè non traducatur. Ita enim veritas eſt, ut omnibus illis in paſſibus, qui ab Imperatore, vel præſcriptione, aut ſi qui alii modi acquirendi ſunt, Imperii proceribus dati & conceſſi ſunt, iidem tantum ſuis poſſint in territoriis, quantum Imperator in Imperio. At jus Nobilitandi an inter eoſdem recenſeri & pro acquiſito haberi debeat? hoc eſt, quod probationem requirit. Tertium argumen- 50.
tum, quod deductionem ad abſurdum, ni ſententiæ ſubſcribamus, urget, abſurdum ipſum eſt & confuſionem fovet manifeſtiſſimam. Nam aut à totius Electoralis collegii poteſtate inferre ſtudet ad poteſtatem uniuscujusq;, exemplo peſſimo: Aut hoc propugnat. quemlibet Electorũ Imperatorem eligere & facere poſſe, Ergò, & quemlibet Electorum Nobilem creare poſſe. Quòd ſi hæc Noldenii collectio eſt, antecedens non usquequaque expeditum dico, conſequens verò nullâ ratione cum antecedenti cohærere affirmo. Non diffiteor unumquemque Electorum poteſtatem habere Imperatorem eligendi, ſed illud tamen pro certiſſimo habeo, unius electionem tantæ non eſſe efficaciæ, Imperatorem ea ſola ut faciat. Ad hoc enim requiritur, ut major pars unum idemq; eligat individuum, aut omnes. Atq; ita unius votum in ſe conſideratum Imperatorem non facit, collectivè conſideratum facit, *c. 2. A. B. §. 4.* ſi in concordem abeat aſſenſum. Duplex autem ea eſt concordia,

monente Azorio *tom.2 instit. moral. l.10. c. 4.p.1576.* una plena, re ipsa & verè, quando omnes consentiunt, ita ut nemo dissideat. Altera quæ dicitur concordia juris fictione, quando secundùm canones, leges & jura, in electione alicujus requiritur, & sufficit major pars Electorum. *l. quod major. ff. ad municipal. c. apostol. cum gloss. dist.56.* Hoc autem eligendi faciendiq; jus Electores Imperii lege habent publicâ, alium præterea Nobilitandi eâdem non habent, neq; ut omnes, neq; ut singuli. Scopæ autem dissolutæ sunt, Electores in conventu collegiali eligunt Imperatorem, Ergò in suis territoriis quoq; Nobilitant. Licet enim ut omnes collegialiter summum alicui Nobilitatis gradum conferant, non tamen eundem ut singuli quoad Electoratus suos constituunt. Deindè dato, argumentum esse alicujus coloris, absurditates tamen fovebit plurimas. Primò enim indè sequeretur, collectione à majori ad minus, quam hîc urgent adversarii, qui Imperatorem eligere facereque possunt, iidem etiam Ducem, Marchionem, Comitem &c. facere possunt. Sunt autem Electores, qui Imperatorem eligere facereq; possunt, sunt itaq; & illi, qui Duces, Marchiones, Comitesq; facere possunt. At hoc Saturninum est, quod nec usquam relatum, nec unquam receptum fuit. *ut l. 1. §. 1 ff. de senator. verba sonant.* faciunt huc ex parte ea, quæ *suprà l. 1 cap. ult. n. 8.*, à me scripta sunt, & quæ exceptionis loco à Doctorib. annotata, *ad l. 21. ff. de R I.* Secundò sequeretur, eandem potestatem Electores extrà collegium in suis habere territoriis, quam habent in collegio.
51. Quod ineptissimum dictu est. Sive verò Imperator, sive alius quicunq; is demùm fuerit, Nobilem quem creare voluerit, is non cæca licentia quemlibet album honorabit lapidem, sed potissimùm eò debet respicere, an materia sit habilis atq; digna ad recipiendam Nobilitatis qualitatem, ne dignitas indignitate afficiatur, ut Michaël Imperator solitus fuit dicere: Kirchner. *disput.12. de Republ. coroll. 20.* Quâ in re à summis etiam Principibus, ut olim peccatum, ita hodiè quoq; peccari videmus.
52. Nos jam in ea incidimus tempora, ait Cluver. *lib. 1. antiq. German. cap. 15. p. 124.* quibus etiam indignissimi homines in sacrum illum Nobilium ordinem, non modò admittuntur, sed ultrò adsciscuntur, non tàm vanitate eorum, qui eum honorem consequi cupiunt, quàm ipsorum Principum aviditate, qui leviusculi cujusdam compendii gratiâ perditissimis etiam sæpè mortalibus eum indulgent. Quos tamen antiqui illi, & verè nobiles, interiorem Germaniam colentes, ut impares aspernantur, in-
53. dignosq; consortio habent. Carolus V. laudatissimus in aliis Imperator, statim pòst Coronationis actum gladio Divi Caroli prægravi plurimos equestris ordinis viros variarum nationum summâ cum solennitate fecit.

fecit. Horum perpauci Germani fuêre, qui hoc decus per hostium stragem demereri malunt, atque in ponte Tyberino splendidissimo ordini initiari magis pulchrum atq; egregium putant: desieruntque Germani præcipuæ nobilitatis assertores hunc ordinem magnifacere, quando viderunt humilibus, sordidissimisq; mercatoribus pretio aditum ad amplissimum honorem patere, sitim ardoremq; gloriæ plurimùm hæc indignitas restrinxit. Et forte ob hoc quidam ab equestri ordine deterrebantur, quòd honorem equestrem titulumq; ex lege equestri intra anni spacium statim post assumere illo tempore creati coguntur, aliàs in se pro Equitibus gerant, soli imaginarii equites futuri. Insuper quamvis ab antiquo non nisi nobiles admittebant, ordinariq; solitum, ut quibus initiari huic ordini votum atq; mens est, nomina & agnomina sua descripta, magistris equitum traderent. Hac tamen tempestate in tantâ diversarum gentium turbâ, plurimi non sponte, sed aliorum impulsu, inviti, sive temerè ad Cæsarem delati, flexis genibus dorsum gladio submisere; quorum multis benè consultum foret, si cum titulo equestri censum quoq; equestrem accepissent. Hartmannus Maurus Consiliarius Archiepiscopi Coloniensis *de Coronatione Caroli V quæ extat tom. 2. scriptor. German. p. 564.* Ejusdem Imperatoris in Cancellariâ se vidisse asseverat Petr. Bellin. *de re milit. p. 7. tit. 3. n. 41.* Salis venditores, mediantibus viginti quinq;, vel circiter aureis nummis, impetrare Nobilitatis honorem. Postquàm in Galliis militaris torques indignissimis quoque 54.
tribui cœpit, proverbium natum est, L'ordre de France est un collier de toutes bestes, seu ut Itali, una canezza à ogn' una bestia: Norderman. *de jure principat. conclus. 76. in fin. pr.* Hoc est, ut Tiercellinus Rupimanius Eques *apud* Thuanum *lib. 16. histor.* interpr. Torques conchyliatus, postquàm indignis promiscuè communicari cœpit, non jam est fortium virorum insigne, sed omnium bestiarum collare. Virtus, eaq; vel militaris, vel togata Nobilitatem meretur, non pecunia, non flagitium, non mechanica, vel alia inferior scientia. Vnde quid de Sixti Quinti Ponti- 55.
ficis conatu, qui Dominicum Fontanam, quòd obeliscum Vaticanum transportaverat, Equitem creavit, habendum sit, facillimum erit judicium. Lansius *de principat. provinc. Europ. pag. 217. edit. poster.* singularis quidem Fontanæ laudanda, at non protinus nobilitanda industria. Absque comminutione is anno M. D. LXXXVI. obeliscum (obeliscus 56.
est lapis quadratus, maculisque circum ornatus, in figurâ metæ cujusdam, sensim ad proceritatem tendens excelsam. Fr. Albertin. *de mirabil. Romæ pag. 63.*) in Vaticano loco obscuro ac sordido, ruinis penè obrutum, è sterquilinio erutum, in aream Beati Petri, loco conspectiore trans-

ore transtulit. Obeliscus ille ex marmore Pyropœcilo, quasi maculis igneis variegatum dicas, solidus in Thebaide Ægypti, juxtà Syenen olim excisus à Numareo Sesostridis filio, & in molitione ab operantis fractus, ac posteà à Cajo & Nerone Cæsaribus Romam advectus, *ut* C. Plinius *scripsit lib. 36.* & Augusto ac Tiberio, quod inscriptio docet, consecratus fuit. De eo transferendo olim cogitaverant Paulus II. & Julius II. dein & Paulus III. & ædificandi suprà omnes studiosus Pius IV. additâ in Architectos, qui id susciperent ad præstandum periculum capitis pœnâ, æmulatione, sed diversâ Ramisis Ægyptiorum Regis, qui cùm obeliscum immensæ longitudinis in Mnevidis Regiâ subrigeret, usus ad id operâ 20000. hominum, & vereretur ne machinæ ponderi non sufficerent, quo majus periculum curæ artificum denunciaret, filium suũ alligavit cacumini, ut salus ejus apud molientes prodesset lapidi, *sicuti* idem Plinius *prodidit*. Verùm sive is sumptuum magnitudine territus, seu quòd nemo artificum vitæ pretio periculum præstare vellet, nihil in eo negotio hactenus tentatum fuit. Quod ut ad exitum perduceret, Sixt. V. in delectorum Cardinalium (ii fuêre Petrus Donatus Cæsius, Philippus Vastovillanus, Ferdinandus Medices, qui posteà Magnus Dux Etruriæ fuit, & Franciscus Sfortia) conventu agitari voluit 14. Kal. Octob. quæ optima transferendi lapidis citrà periculum ratio videretur. Ad rei famam è diversis non solùm Italiæ, sed vicinis Europę partibus artificum plus 500. concursus factus est, tandemq; cum quisq; rationem operis conficiendi, vel voce vel scripto, alii etiam machinâ fabricata proposuissent, ea optima reperta est, quæ à Dominico Fontanâ Novocomensi adducta fuit, qui & rationem ponderis à se initam cum Cardinalibus approbasset, tamen quòd homini tunc primùm noto non satis fiderent, rei exequendæ curam Bartholomæo Amannatio, Florentino & Jacobo Portæ, notæ fidei Architectis commiserunt. Posteà Sixtus id totum ipsius Fontanæ industriæ detulit. Ad opus perficiendum initiò quinq; ballistæ, & 40. ergata constructa sunt, quæ à 900. viris, & 70. equis in orbem versabantur & regebantur; apparatus omnis cùm instructus esset prid. Kal. Majas, qui in Mercurii diem Sixto fatalem incidebat, levando lapidi principium factum est, tandemq; levatus, demissus, translatus ac rursus loco designato erectus est 4. Idus Septemb. dicto anno, ac biduo pòst, qui in Veneris diem incidebat, S. Cruci consecratus, Epigramma in illum Gulielmi Blanci Albiensis JCti tale extat apud Henricum Monantholium *in Aristot. Mechan. p. 142.*

Ænea serpentis Moses simulacra Sacerdos
Extulit, ægrotis ut medicina foret.

Nunc

Nunc alte Mosei obelisci in vertice Sixtus
Erigit auratæ ærea signa crucis.
Vos ô Romani, sustollite ad æthera vultus,
A cruce nam vobis vestra petenda salus.

Solidus hic lapis pensitatus à Fontanâ 956148. libris (Jacob Boissard. *in topograph. Romæ p. 53.*) 107. pedum longitudinem habet, latitudinem parte infimâ 12. suprà qualibet parte cum stylobata secundum Fontanç ipsius mensuram 150. palmarum, cum tribus quadrantibus, quibus si addas intervallum, quod à solo ad basin, & illud quod à lapide ad stylobatam mediis leonibus æreis interjacet, ac deniq; altitudinem crucis lapidi impositæ, altitudo 180. palmorum, & quadrantis erit. Expensa sunt in illud opus 37975. aureorum, in ea summa non comprehenso ære fuso, ex quo crux & leones sub lapide positi sunt conflati, quod à Camerâ Pontificiâ suppeditatum est. Majorem summam alii edidere usq; ad 80000. aureorum. Thuan. *lib. 85. histor.* Ferunt alii, Fontanam (quem Archimedem alterum nominare licebit, qui in ore frequenter habuit, se terram seu orbem universum architectonicâ arte in alium locum deducturum, modò basem, in quam transferretur, inveniret: Cælius Calcagnin. *de perenni motu p. 394.*) pro præmio 500. coronatos accepisse: Engel *in deliciis Italicis p. 85.* Eandem cum Sixto censuram subiit Selimes 2. Tur- 57.
carum Sultanus, qui Gentilem Bellinum, ob excellentem in arte pingendi peritiam Constantinopolin evocatum in equestrem ordinem coopta- 58.
vit. Fr. Mennenius *in delic. Equest ord. de Equitibus apud Turcas.* Maximè tamen omnium notandus Philippus II. Hispaniæ Rex, qui jura Nobilitatis, cum 25000. coron. annuis, assassinis: qui Wilhelmum Principem Auraicum virum sisterent, vel mortuum traderent, promisit. Eman. Meteran. *lib. 16. Histor. sub ann. 1580.* Quòd si Nobilitas virtutis testimonium, quomodo sceleris præmium esse poterit? Ferat is crucem sceleris 59.
præmium, non diadema. Cæterum Nobilium varii gradus dantur, adeò ut sub hoc titulo & Imperator, Reges, Duces, reliquiq; veniant Dynastæ. Docendi causâ hic mihi Nobiles lubet distinguere in titulares & non titulares. Titulares sunt, qui certum Nobilitatis specialem habent titulum, ut Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, Baro, Eques, Doctor &c. Non titulares, qui in simplici Nobilitatis consistunt nomine. De Equitibus, atq; Nobilibus non titularibus, potissima imposterum nobis dissertatio erit.

CAPUT II.

De

Equitibus.

SUMMARIA.

[illegible]

55. Insigne ordinis huius.
56. Isti quomodo creantur Equites.
57. Equites ordinis Teutonici, qui & Hierosolymitani, ac Mariani dicuntur, quando, quomodoq; esse cœperint.
58. Iuramentum solitum Equitum.
59. Privilegium ordinis, sæcularium in eundem.
60. Isti Equites an succedant in feudis.
61. Equites Templarii, quando cœperint, utq; desierint.
62. De Cruciferis Equitibus.
63. Equites Sancti Sepulchri.
64. Equites S. Mauritii.
65. Equites S. Lazari.
66 Equites S. Stephani.
67 Milites S. Iacobi.
68. Equites de Calatrava.
69 Equites de Alacantara.
70. Equites Iesu Christi.
71. Equites S. Mariæ redemptionis.
72. Equites de Montesia.
73. Ordo Ungaricus.
74. Equites di sancta Maria mater Domini.
75. Equites B. Mariæ Lauretanæ.
76. Equites militiæ Iesu &c.

Qui Gallis, Chevalier, Italis, Cavalliero. Latinis Eques di- 1.
citur, origine ab equo deducta. Vocabulum usus generalis &
specialis est. Generaliter enim Equites dicuntur omnes No- 2.
biles, & eorum ordinem, die Ritterschafft Ordnung deß
Regiments zu Augspurg 1500. *tit.* Wie zwentzig Personen §. Die an-
deren sechs/ & *tit. seq.* R. A. *de anno* 1555. §. und in solchem friede; quod
indè est, cùm ante 200. præter propter annos, soli ferè in Germania, &
Italiâ militârint Nobiles, non quidem pedestri agmine, sed equestri. Be-
sold. 1. *polit.* 11. *num.* 45. Specialiter verò & accuratâ loquendi formulâ 3.
Eques major est Nobili simpliciter ita dicto, & ab eodem distinguitur
gradu: Königliche Satzung zu Wormbs *de anno* 1495. *tit.* von der ein-
nahm der aufflieger/ *ibi*, Herrn/ Ritter/ Edelman. *Reformation* guter Po-
liceÿ *de anno* 1548. *t.* von unordentlicher köstlichkeit der Kleider & *tit.*
von Adel. §. Jedoch sollen Ritter & *passim per totos Imperii recessus.* Ger-
manis, Ritter/ vocatur, Hoc unde deductum sit variat doctorum se-
natus. Oldendorpius *de iure singulari pag.* 490. *n.* 7. *in f.* putat, Ritter/ 4.
quasi, Dritter/ quod duo Equites his jungi soliti, daß sie selbst dritt ge-
ritten. Justus Ritter. *l.* 1. *Instit. Feudal. c.* 3. *n.* 9. *in fin.* & *ex eodem* Nolden. 5.
d. tr. c. 3. *n.* 45. *p.* 60. Ritter à græco, ῥιτὴρ, deducit, quod Servatorem si- 6.
gnificat, quòd fortitudine & virtute juvent & servent patriam. Mihi
hæc longissimè à Græcis emendicata subtilis derivatio, vilis videtur,
nec veritati consentanea nostrates copiosâ suâ in linguâ proprium rei
vocabulum non potuisse reperire? Et quis, quæso, tam crassi est cerebri,
qui non intelligat, Ritter/ æquè ut Reutter/ à Reuten/ quod equitare est,
deduci. Quâ in re Germani Latinis feliciores fuere. Cùm enim apud
hos Eques, omnem qui equo vehitur, notet, & præterea etiam illum,
qui equestrem dignitatem nactus, nobis ab uno Reuten/ duplex est

vocabulum, unum Reuter/ quod equitantem significat, alterum, Rit-
7. ter/ quod Nobilitatis isto gradu decoratum notat. Non una autem Equitum est convenientia, sed illorum alii aut in simplici Equitum nomine & conditione persistunt, alii verò Equitis nomen cum adjuncto aliquo ad differentiam priorum tenent. De priorum origine in Gallis elegans est Pasquerii *liur. 2. des recherches dela France chap. 15. p. 165.* commentatio, Nos Roys, dit il, qui sur leur premiere arrivée auoient recompensé leurs Capitaines & braves Soldats en Fiefs nobles, voyans, apres une grande revolution d'années, que le fonds de leurs liberalitetz estoit pour ce regard mis à sec, d'autant que toutes les terres de leur Royaume estoient remplies, s'aviserent de truover une autre forme de recompense, non veritablement siriche & opulente, mais de plus grand honneur que les Fiefs. Parquoy fut mis ingenieusement par eux, ou leurs sages Conseillers, l'Ordre de Chevalier en avant. Equites autem nostri, ut in multis cæteris Nobilibus conveniunt, ita in multis ab illis differunt.
8. 1. le gentilhomme naist, mais le chevalier se fait: *le tableau des armoiries de France* de Philippes Moreau *chap. 7. pag. 260.* Quod ita intelligendum est, quòd Eques Parens filium non procreet Equitem, ut Nobilis Nobilem. Menoch. *consil. 126. n. 36. l. 2.* Ruinus *consil. 19. n 12 lib. 1.* Idq; in tantum verum est, ut nec filius Regis Galliæ, nec Imperatoris, qui Equites creant ipsi, nascatur Eques, Choppin. *de doman. Gallico, lib. 3. tit. 26. n. 13.* Imò nec Imperator, quà Imperator factus, nec Rex, quà Rex electus, Equites sint, licet summum dignitatis obtineant gradum, sed Equites se creari ab alio quopiam patiantur. Morean. *d. l.* Wilhelmus Comes Hollandiæ, licet designatus Romanorum Rex, tamen secundum ritum Christicolarum Imperatorum, miles seu Eques fieri voluit, antequàm Aquisgrani diadema Regni susciperet: *apud* Goldast. *tom. 3. constit. Imper. p. 400.* Friderici II. Imper. filius Conradus ad Panormitanos ita scripsit, referente Petro de Vinea *lib 3. ep. 20.* Licet ex generositate sanguinis, quà nos à primis componentibus natura dotavit, & ex dignitatis officio, quæ duorum regnorum nos in solio gratia divina præfecit, nobis militaris honoris auspicia non deessent, quia tamen militiæ cingulum, quod reverenda sancivit antiquitas, nondum Serenitas nostra susceperat, die præsentis mensis Augusti, cum solennitate tyrocinii, latus nostrum elegimus decorandum. Atque hæc vetustas observavit, sed ejus vestigia hodiè non terimus. Ludovicum II. Galliæ Regem equitem cinxit Philippus Burgundiæ Dux, cum ille Rhemis indutâ purpurâ Francici Imperii habenas capesseret 18 Cal. Septemb.

Septemb. Anno 1461 Quod licèt Monstreletus, seu qui appendicem ei dedit, demiretur, subjectâ clausulâ: que fut une nouvelle chose. Car on dit communement, que tous les fils des Roys de France sont Chevaliers sur les fons à leur baptesme; attamen constat, non solùm Franciscum I. Regem equestre baltheum & ensem accepisse, â Petro Bojardo, copiarum præfecto, in pugnâ Marignianâ agri Mediolanens. 17. Cal. Octob. Anno 1515. Choppe. *d. l.* Verùm etiam generaliter Regum filios priùs Regno dignos judicatos non fuisse, nec Regiis adhibitos tabulis, quàm Equitum ordini fuerint initiati: Joh. Gorop. Becanus. *Francicor. lib. 2. pag. 56.* Goldastus *lib 1. de maior. c. 15. n. 9. p. 40.* Quorum posterius etiam Longobardis usurpatum Paulus Diaconus. *l. 1. c. 23.* testis est. Cum enim Longobardi, partâ victoria, ad proprias sedes remeassent, Odvino Regi suggesserunt, ut Albuino ejus filio convivia parentur, cujus virtute, Gepidarum Regis filio acie cæso, victores rediissent. His autem Odoinus, Scitis, respondit, minimè apud nos usitatum, ut Regis cum patre filius prandeat, nisi priùs ab exteræ gentis Rege arma susceperit. Hæc è vestigio curantibus Longobardis, regium filium Thurismundus Gepidarum Rex cohonestavit meritis militiæ insignibus ac ornamentis.* Altera inter Equites & simpliciter Nobiles differentia est, quòd ex ignobili quis Nobilis fiat, at non ex ignobili Eques. 9.
Nomque la principale qualité requise à celuy, qui poursuit d' estre fait chevalier est d' estre Gentil homme (de la part de son pere, & de sa mere: Claude Fanchet *del' origine des chevaliers chap. 1. p. 13. & 14.* Du Tillet dit, que par Arrest du parlement de Paris Donne le--iour, del' an--n estant pas noble fut condannè en l' amende envers le Roy pour avoir receu l' ordre de chevalerie par les mains du Comte de Flandres, de nom & d' armes, sans reproche: car s' il advenoit qu' un roturier l' obtint par surprinse, il estoit degradè avec ignonimie, & on luy abbatoit les esperons sur un furnier. Cela fait qu' un soldat refusa d' estre fait chevalier par l' Empereur Barbarousse, disant qu' il n' estoit pas Gentil homme.** Moreau *d. tr. p. 262.* Eandē in rem consignatum lego in protocollo Electionis Regis Maximiliani (*quod extat apud* Gold. in Politischen Reichshändeln *p. 10. tit. 5.*) das keiner soll zum Ritter geschlagen werden / er sey dann von seinen vier Ahnen Edel und Waffengenoß / welche eine offene Ubelthat / die unleugbar ist / oder bezeugt / wider seine ehre gethan /

4. Cruciferi, seu gladiatores, & gladio cruciati, nomen habuerunt â gladiis duobus sanguineis, decussatim compositis. Cœperunt autem in Livoniâ, non multum post Teutonicos, circa annum 1186. Cùm enim Meinradus vir pius atq; religiosus, qui Rigæ Episcopatui causam dedit, Evangelium in Livoniâ prædicaret, multis infidelium se contra opponentibus, Christiani complures alii eo profecti Meinrado opem tulerunt, atq; maximam Livoniç partem sibi subjecerunt, quam Pontifex Innocentius eis propriam addixit. Postquàm verò se tot hostibus cernerẽt impares, tandem consensu Pontificis, depositâ ordinis regulâ, quā communem cum Templariis habebant, habituq; relicto, Equitibus Teutonicis in Borussiam accesserunt. 62.

5. Equitum Sacri sepulchri ordo duplex est, unus vetustior, alter recentior. Vetustior cum supradictis cœpit, postquàm Hierosolyma â Christianis bello capta. Insigne habebant crucem rubram duplicatam, erantq; subjecti Patriarchæ Hierosolymitano. Tandẽ cùm cætera Christianorum turba Palæstinâ ejecti, Perusiam, Italiæ quod oppidum est, concesserunt, posteaq; ab Innocentio VIII. ordini Johannitarum fuerunt incorporati. Recentior indè est: Anno 1336. Pontifex Romanus, conni-vente Soldano, octo monachos Franciscanos in Palæstinam misit ad custodiam sacri sepulchri. His datus præpositus, quem Guardianum communiter appellare moris est, cum potestate Christianos ad loca ista sacra iter suscipientes, Equites creandi: insigne habent quinq; cruces, hanc ad formam compositas, ✠ tenentur quotidiè perorare 40. pater noster, & totidem AveMaria: Solennitatem horum in creatione usitatam ponit Megiserus *d. part.* 2. *c.* 10. *p.* 120. 63.

6. Amadeus VIII. Dux Sabaudiæ, anno 1434. instituit ordinem S. Mauricii. Hic postquàm aliquot duravisset per annos, tandem ferè in desuetudinem abiens, ab Emanuele Philiberto, Duce Sabaudiæ, anno 1573. consensu Põtificis Gregorii XIII. ordini S. Lazari conjunct⁹ fuit. Magistri hujus ordinis superiores hûc usq; fuerunt Sabaudiæ Duces. 64.

65. 7. Ordo Equitum S. Lazari perquàm vetustus, ab aliis cæpisse memoratur circa annum Christi 360. Huic addicti possunt contrahere matrimonium, jurant castitatem conjugalem, obedientiam ordinis Magistro, aliisq; ejusdem ordinis officialibus, atq; beneficentiam leprosis. Insigne quod gestare obstricti, est crux viridis octangularis, cujus in medio alba alia minor crux apparet, quæ ordinem S. Mauritii notat. Quotidiè tenentur dicere 25. pater noster, & totidem Ave Maria; Mercurii die esum carnis vitare, die veneris aut Sabbathi, ut placuerit, jejunare. Ex ipsis qui Comendas, ut vocant, obtinent, intrà triennium ad minimum per sex menses illi prẹstò esse debent. Antequàm quis in ordinem recipitur, probet necesse est, se legitimè natum, Nobilem paterno atq; materno ex latere, â parentibus jàm olim Christianis, non â Maranis, Turcis aut Ethnicis; se reditus ad minimũ habere annuos ducentorũ coronatorum, quibus dignè & decenter se possit exhibere; se suosq; antecessores nunquam commercia, aut artes exercuisse mechanicas, nunquam ob facinora fuisse diffamatum, nunquam obæratum, nec alteri cuipiam ordini dedisse nomen, non habere conjugem alterius viduam, non contraxisse secundum matrimonium. Gregor. XIII. an. 1573. magistratum ordinis cessit Emanueli Philiberdo, Duci Sabaudiæ, qui ordinem cum S. Mauricii ordine conjungens, unum inde corpus confecit. Hujus ordinis Equites vocantur Don, hoc est, Domini, ut Melitensium, Fra, id est, Fratres.

66. 8. Cosmus Medices, Dux Hetruriæ, consentiente Pontifice Pio IV. anno 1562. instituit ordinem S. Stephani (quem olim Florentia pro Patrono agnovit) eumq; in perquàm plurimis similem fecit ordini Joannitarum. Insigne Equitum est crux rubra, auro fimbriata. Regulam tenent S. Benedicti, obligati dicere per dies singulos centum Ave Maria, & nonnullis diebus feriatis, ducenta; semel eis licitum contrahere matrimonium. Residentia ordinis Pisis est; summus ejusdem Magister perpetuus, Dux Etruriæ, Pontificium diploma hujus ordinis sodalibus concessit, ut milites conjugati, ac etiam digami, pensiones annuas, usq; ad CC. Ducatorum sumam ex sacerdotiis percipere atq; ad alias sacras personas transferre possent: item ut de bonis tam fundi quàm mobilibus, quomodo, & undecunq; quæsitis liberè testari, etiam inter spurios & illegitimos filios possent, quarta eorum ordini servata: Thuan. *lib. 32. histor. p. 158. edit. Aurelian.*

67. 9. Inter sex Equitum ordines, qui in Hispaniâ florent, primus est ordo Militum S. Jacobi de Spatha. Cæpit is an. 1030. Cum enim Mauri atq; infideles maximam Hispaniæ partem tenentes, Christianos summè perse-

persequerentur, nonnulli Magnatum Hispaniæ inter se fraternitatem, seu fœdus iniverunt, contrà Mauros. Horum primùm erant sedecim, qui sequebantur regulam S. Augustini, excepto quòd matrimonium sibi reservarent liberum. Insigne ordinis est suprà vestitum nigrum ad pectus posita crux rubea oblonga, in formâ spathæ sive gladii. Confirmatus fuit hic ordo multis à Pontificibus, tandemq; ordinis magistratus ad Regem pervenit Castiliæ.

10. Ordo Equitum alius est Hispaniæ, qui à provinciâ, seu loco Calatrava, regni Toletani, nomen habet. Cæpit autem circa annum 1160. institutus â Sanctio III. Rege, sequitur regulam ordinis Cisterciensis, atrato vestiuntur habitu ad pectus positâ cruce rubrâ octangulari. Singulis diebus tenentur dicere 65. & in septimanâ sanctâ 150. pater noster; tribus per septimanam diebus, & summis tantùm festivitatibus carnis esum habent liberum, prætereà matrimonium ipsis non est interdictum. Magister ordinis est Rex Hispaniæ, cui inde 90000. Coronati accrescunt, ut habet Megiserus *d.tr.c.15.p.154.* vel ut Saloczar *en l'inventaire general des plus curieuses recherches des Royaumes d'Espagne. p. 96.* la maistrise de Calatrana paye trois millions, quatre cens trente huict mille maranavedis, qui font huict mil quatre cens uingt sept escus & huict sols. 68.

11. Ordo Equitum de Alacantara nomen obtinet, â civitate hujus nominis, Regni Castiliani, ubi ordinis conventus & residentia est. Sequuntur hi regulam Cistercienfium, & quoad præscriptum precum conveniunt cum Equitibus de Calatrava. Pectori adpositam habent crucem viridem, cujus extremitates liliatæ. Summum ordinis caput Rex est Hispaniæ, cujus inde reditus sunt 60000. coronati. Alio nomine iidem Equites vocantur Cavalieri d'Avisio, â Civitate quâdam Portugalliæ, quæ illis subest. 69.

12. Anno Christi 1325. In Portugalliâ tempore Regis Dionysii cæpit ordo Equitum Jesu Christi. Is enim, postquam Templarios viderat sublatos, undiq; nomen atq; habitum suis immutavit, â Pontifice verò Equitibus Portugalliæ libera impetravit connubia Gestant illi Equites pro insignibus, nigrum habitum cui crux rubra superaddita, interius fovens crucem minorem candidam. Regulam habent Cistercienfium ordinis, summum caput Regem Portugalliæ, qui hodiè Hispaniæ Rex est, cui inde reditus 150000. coron. 70.

13. In Regno Arragoniæ ordo cernitur Equitum S. Mariæ redemptionis, della redemptione; aut della mercede. Institutor ordinis fuisse memoratur Rex Jacobus, anno 1212. Habitu utuntur albo, cui im- 71.

posita crux nigra; pro fine & professione habent, Christianos, qui captivi detinentur ab infidelibus, liberare.

72. 14. Ordo Equitum de Montesia prædicto anno 1211. natus nomen traxit, â certo quodam Regni Valentiani (di Valenza) loco. Insigne habent crucem rubeam, observant regulam Cistercienlium, & subsunt ordini de Calatrava.

73. 15. In Ungariâ, tempore & authore hactenùs mihi incognito, Turcæ oppositus Equitum ordo, cujus perhibetur habitus interior sanguineus, quem tegit alius lucentior rubeus. Ferunt alii habitum Equitibus esse album ad pectus coruscante cruce viridi.

74. 16. Anno 1264. in Italiâ enatus ordo di S. Maria Mater Domini. Bononiæ atq; Modenæ tunc temporis erant nobiles satis divites, & ampliter nummati, ut Apuleius alibi loquitur, qui cùm perspicerent undiq; inter Principes pace ruptâ Bellonam surgere, ut quietiorem ipsi degerent vitam, ordinem sibi proposuerunt modò dictum, confirmatum à Pontifice Urbano IV. Habitus ordinis prædicantium Monachorum persimilis, ad pectus ferunt crucem parvam coloris rubri, auro fimbriatam. Non utuntur calcaribus, aut fræno deaurato, contrahunt matrimonium, proprias cum familia dictis modò in Civitatibus incolunt ædes, tenentur pugnare contrà infideles. Communi nomine audiunt Fratri di Madonna, vulgus nuncupat, Fratri Gaudenti, cùm in deliciis vivant splendidi.

75. 17. Author est Renatus Choppinus de domanio Franciæ *lib. 3. tit. 26. n. 14. p. 671.* Sixtum V. Pontificem introduxisse Equitum collegium Lauretanorum, seu militaris ordinis B. Mariæ Lauretanæ; bullatis tabulis. 5. Cal. Jun Anno 1586.

76. 18. Non ita pridem ordinis militiæ Jesu hæc mihi descriptio, quæ sequitur, visa: Deus universorum moderator, suâ immensâ prudentiâ, non tantùm populo electo in V.T. tùm, cùm videbat, homines pios, qui malos reprehenderent & ad viam veritatis reducerent, mittere voluit; verùm in N.T. post S. Apostolos de personis idoneis, qui sanctos ordines instituerent, & cursum nequitiarum hujus mundi impedirent, optime prospexit. Idq; sua divina Majestas facere consuevit, prout necessitas suæ sponsæ exigere videbatur. Nam quo majores nequitiæ populorum insurgebant; eo ordinatiores religiones ad eas destruendas inchoabantur. Hunc processum Deus observavit tùm religionibus, quæ mediantibus laboribus spiritualibus dissolutam malorum Christianorum vitam corrigere debebant, tàm in religionibus, quàm spiritualibus exercitiis arma juncta habebant, uti apparet in pluribus Equitum ordinibus. Et quia præteritis seculis misit Dominus religiones valdè regulatas ad ob[illegible]ndum

dum hæresibus & aliis inconvenientiis, quæ, cùm tot jam annis minimè suam vocationem in provinciis indigentibus, ubi debent & tenentur, exercere possint, absq; aliquâ potentiâ externâ, quæ repleta Zelo Christiano bonis & sanguine auxilium suppeditaret: Ideò ex ordinatione divina, & dispositione fortassis, inventus est unus eques, jam pridem in bello spirituali & temporali exercitatus, ut ii, q illum noverunt, talem esse testari possunt. Is quicquid habet, verà cum vitâ propria ꝓpter bonū reipubl. Christianæ periculo ex ponere & sequentem ordinem instituere desiderat, si Vicarius Christi suum assensum præbere dignabitur. Nam talis sine benedictione & auxilio illius nequicquam tentare intendit, supponensq;, si hęc sua intentio à Deo sit, facilè per Spiritū Sanctū ad effectum deducetur, mediāte Vicario suo, siqdē ab illo ipse regitur & gubernatur.

Titulus hujus Ordinis, Ordo Militiæ Jesu.

Finis hujus Ordinis, Defensio & liberatio Christianorum ab infidelibus vexatorum & oppressorum.

Nomen Equitum generale. Equites Militiæ Jesu.

Ex quibus aliqui appellabuntur: Equites Magni militiæ Jesu: alii, Equites adjuncti Militiæ Jesu.

Signum Ordinis.

S. Michaël Archangelus candido habitu indutus, habens crucem antè pectus ejusdem longitudinis, coloris & formę, cujus nostri Servatoris, cum pro genere humano fuit crucifixus: in crucis medio erit nomen, Jesu, & suprà caput Archangeli hæc inscriptio: Quis sicut Deus? Et hoc signum gestabunt Magni Equites. Adjuncti verò Equites habebunt pro signo duos enses positos in modum crucis, unum manubrio de aurato, alterum deargentato, & suprà enses erit manus coronam lauream tenens cum hac inscriptione:

Legitimè certanti.

Numerus Equitum eorumq; dignitas.

Numerus Magnorum Equitum non excedet septuagesimum secundum, qui ex se deberent eligere duodecim, iterùm ex se tres, ex quibus appellaretur Eques & magnus Princeps militiæ Jesu: alius Eques & magnus Generalis militiæ Jesu, & tertius, Eques & Magnus locumtenens militiæ Jesu. Reliqui novem, qui ex 12. remanent vocarentur Equites, & Magni Senatores militiæ Jesu, & alii sexaginta Equites magni militiæ Jesu. Numerus autem Equitum Adjunctorum militiæ Jesu non excedet sextingensimum vigesimum. Nam quilibet ex 12. Magnis Equitib⁹ suprà nominatis secum adducere teneretur decē, & ita multiplicando 72. per 10. faciūt 720. qui omnes Equites Adjuncti Militiæ Jesu appellarētur.

In ad-

In admissione personarum ad hunc ordinem, sint illæ matrimonio junctæ, vel non, sequentes servarentur conditiones.

I. Vt illa persona, quæ admitti cupit ad hunc ordinem, sit Catholica, & faciat professionem Fidei in formâ, quæ â nostrâ S. Ecclesiâ præscribitur. Quod intelligendum est de Magnis Equitibus, non de Equitibus adjunctis, quia, si tantùm ordini fidelitatem servare jurabunt, possent ex qualibet religione esse, modò sint Christiani.

II. Vt probet se ex legitimo matrimonio fuisse natum, nec illud tantùm, verùm etiam ejus linea ascendens paterna & materna, usq; ad gradum quartum.

III. Vt probet suam nobilitatem non tantùm ex parte patris sui, sed etiam ex parte matris similiter usq; ad gradum quartum. Excipitur tamen ille, qui per virtutem pervenisset ad titulum Principis vel Colonelli: nam talis, quamvis non sit natus Nobilis, poterit suscipi ad ordinem, modò reliquæ conditiones ei non essent impedimento. Quod intelligendum de Equitibus Magnis, non adjunctis, modò ipsi vel doctrinâ vel pietate bellicâ sint facti nobiles sufficiet: imò post sufficiens & fidele militare exercitium etiam in numerum 72. eorum quilibet, cùm aliquis locus vacaret, admitti poterit, cœteris conditionibus non obstantibus.

IV. Vt habeat ad minimum 18. annos, & sit instructus literis saltem suæ provinciæ, quia non solùm arma, sed etiam literæ in distributione officiorum considerabuntur, quod de Equitibus majoribus intelligendum. Nam Equitibus adjunctis ignorantia doctrinæ non erit impedimento.

V. Vt secum ad ordinem portet ad minimum 20000. talerorum Imperialium, quia reperiuntur personæ, quæ quinquaginta, imò centum & ducenta millia portarunt, quod de Equitibus Magnis intelligendum est. Sufficiet enim si Equites adjuncti 2000. afferant.

VI. Vt non sit obstrictus ære alieno, & persona in suis actionibus honore & prudentiâ prædita, nec toto vitæ tempore peracto, sit ei inusta aliqua infamiæ nota Equite indigna, quæ possit in re vel minima honori Ordinis officere.

Quando aliquis cum suprà dictis conditionibus jàm esset admissus, jurabit se servaturum sequentes articulos.

I. Quòd nunquam vellet consensum præbere, nec aliis persuadere ut induciæ & pax cum infidelibus fiat vel componatur.

II. Quòd

2. Quòd hoc tempore paucissimo quieti minimè dabit, nisi priùs secta Machumetana extirpetur, & sepulchrum Christi acquiratur. Tùm autem patitur hîc articulus exceptionem, quando aliquis per senectutem, vel infirmitatem, vel alios respectus aliquò est mittendus vel relinquendus ab ordine.

3. Quòd nunquam pugnabit cum aliquo exercitu, vel Principe fidei Christianæ, multò minùs aliis sui ordinis persuadebit, ut idem attentent, in hoc casu tenetur unà cum aliis contrà quemvis pugnare, quando talis vellet impedire bonam Ordinis intentionem, vel destruere illum, qui contulit ejus confirmationem, vel etiam molestus ei, qui locum suæ residentiæ tam liberaliter attulit.

4. Quòd velit omnia possibilia media quærere ad conciliandam pacem inter principes Christianos, idq; absque armis ad removendam quamvis sinistram Consequentiam.

5. Ut nemo alium ad pugnam provocare audeat, cujusvis contentionis causâ, sed si aliquid inter illos oriatur, debebunt simul adire superiores ordines, qui ad componendas Equitum contentiones erant constituti, quorum judicium & sententia erit inappellabilis.

Regulæ generales Equitum Magnorum.

1. Quilibet ex Equitibus debebit singulis diebus dicere & recitare ter & trigesies hæc verba: GLORIA in EXCELSIS DEO, & in terrâ pax, hominibus bonæ voluntatis, & semel, Te DEUM laudamus.

2. Quilibet ex Equitibus debebit communicare quinquies in anno, vid. in Nativitate Domini, in Paschate: in die Pentecostes: in die assumptionis B. Virginis, & S. Michaëlis Archangeli.

3. Quilibet ex Equitibus debebit quinq; diebus suprà dictis, ex quo inhabitabit ordinem, induere vestes rubras, quarum forma ostendetur ab inventore Ordinis, & in iisdem sepelietur, ac detectus ad sepulchrum portabitur, quique ex Equitibus præsentes aderunt, debebunt etiam in talibus vestibus comitari funus, exequiis peractis illius vestes deponent.

4. Eques, & Magnus Princeps Militiæ Jesu: Eques & Magnus Generalis Militiæ Jesu: Eques & Magnus locumtenens Militiæ Jesu, debebunt habere symbolon, dùm memoriam suæ personæ in libro vel sepulturâ relinquere velint: Gratiâ Dei sum quod sum. Et magni Equites militiæ Jesu: Gloria in Excelsis DEO: deniq; Equites adjuncti militiæ Jesu: Et in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis.

De Stipendio Equitum.

Equites supràdicti præter stipendium quod habebunt in exercitu, ratione sui officii, assignabitur etiam illis aliud ab Ordine, & de ambobus habebunt facultatem disponendi, sani & infirmi, prout voluerint, simul cum patrimonio, vel illud sit Comitatus vel Marchionatus, vel Ducatus, vel aliud dominium qualecunq;, modò non faciant contrà leges & constitutiones illius provinciæ, in quo morabuntur, cum hac tamen expressa conditione, ut illa pecuniæ summa post mortem eorum ordini remaneat, quam secum in ingressu portarant, nec ob hanc caussam filii vel heredes supradictorum Equitum poterunt illis defunctis, quicquam ab ordine exigere: horum tamen habebitur major ratio in admissione ad ordinem, ubi impleverint eas conditiones, quas parentes, vel majores illorum adimpleverunt. Igitur Equiti Magno Principi Militiæ Jesu assignabuntur annuè 15000. taletorum Imperialium, totidem Magno Generali locumtenenti ejusdem militiæ Jesu. Vnicuiq; ex Equitibus & Senatoribus magnis 5000. unicuiq; ex magnis Equitibus 2000. & unicuiq; ex adjunctis Equitibus 200. Imperiales taleri etiam annuatim debebuntur, præter stipendium, quod quisq; ex suo, in exercitu, officio habebit, ut supràdictum est.

Ne aliqua æmulatio ratione præcedentiæ inter tres principales & Magnos Senatores Militiæ Jesu oriatur, sequens ordo servabitur:

Ut Eques, & Magnus Princeps Militiæ Jesu, cùm ad conclave, ubi de negotiis erit consultandum, intrare velit, præcedat alios, in sessione præcedat Eques, & Magnus Generalis, in exitu Eques & Magnus locum tenens. Extra autem consultationem & consilia, si ad templa & spectacula publica veniant, servabitur illa regula, quæ ad personas ordinis attinet, qui prior tempore, potior jure. Nam in ordine, sicut nullus ex his tribus plus altero stipendii; ita nec plus authoritatis habebit, licet nomina eorum sint inæqualia, quod intelligendum est de novem Equitibus, & Magnis Senatoribus, hoc modo, Primi tres, qui fuerunt in ingressu ultimi, in exitu secundi, secundi tres primi in sessione, & tres ultimi in ingressu, in exitu primi erunt. De aliis 60. Equitibus Magnis nihil aliud statuitur, nisi dependeant à conclusione 12. suprà nominatum in omnibus deliberationibus. Idem Equites Adjuncti facere debebunt.

CAP.

CAPUT III.

De

Nobilibus Immediatis.

SUMMARIA.

1. Nobilium immediatorum epitheta, & descriptio.
2. Eorum distributio in tres Classes.
3. Si immediatus Nobilis alterius Principis Vasallus sit, an qualitati immediatæ quicquam decedat. 4.5.6.
7. Rationes eorum, qui immediatos Nobiles Status Imperii olim fuisse asseverant.
8. Cur isti ad Comitia vocari desierint.
9. Nobiles immediatos adhuc Status esse Imperii, aut ante pauxillum tempus tales esse desiisse, qui, quomodove statuant.
10. Distinguentium opinio.
11. Negantium Catalogus.
12. Rationes 13.14.15.16.17.
18. Etiam alios præter Status olim Comitiis interfuisse.
19. Nobiles, ut consiliarios olim Comitiis interfuisse.
20. An Nobiles comitiis anno 1356. Norinbergæ celebratis interfuerint.
21. Ridiculum esse quærere, cur Nobiles immediati ad Comitia vocari desierint.
22. Rationum ea de re quæ diversitas.
23. Responsio ad easdem, 24.25.26.27.28.
29. Respondetur Rumelino.
30. Propria Nobilium mediatorum confessio, se non vocari ad Comitia.
31. Explicantur Recessus Imperii recentiores, quibus mentio fit immediator. Nobilium.
32. Quinam ex immediatis Nobilibus possint videri esse Imperii Status.
33. Wehneri error, aliorumq; lapsus.
34. An immediati Nobiles Civitatibus præferantur.
35. Nobilium fundamenta.
36. Immediati Nobiles jure gaudent Austregarum.
37. Item beneficiis pacis religiosæ.
38. An habeāt jurisdictionē territorialē.
39. An habeant regalia.
40. An habeant jus Archivi.
41. Conventus indicunt.
42. Contrahunt fœdera.
43. Referuntur inter personas egregias.
44. Francorum nomen unde.
45. Franci unde Nobiles immediati.
46. Franconiæ Nobilium immediatorū quæ distributio & divisio 47.
48. Wehnerus quid hoc Nobilium de corpore habeat.
49. Franconiæ Nobil: immediator. privilegium contra die Landsasserey.
50. Aliud die Wildtfuhren betreffent.
51. Aliud wegen der Juden vnd jhrer wucherlichen Contract.
52. Aliud wegen der Zollbefreyhung.
53. Aliud concernēs die auß jhrer gemeinschafft vnd mittel veränderte Adeliche Güter.
54. Aliud de non Arrestando.
55. Aliud wegen der Leibeignen Leut.
56. Sueviæ Nobiles unde immediati.
57. Eorum certa in loca distributio.
58. Rhenenses unde immediati.
59. Privilegiū nobiliū immediatorū Tractus Rhenani wegē der Türckēsteuer.
60. Aliud concernens die Freyheit der Güter.
61. Aliud variorum Capitum.
62. Aliud wegen der veräusserstē Güter.
63. Aliud betreffent die Wildtfuhr.
64. Aliud contra arresta.
65. Aliud wegen der Leibeignen Leut.
66. Aliud wegen der Zölle.
67. Aliud wegen der Juden.
68.69. Literæ Imperii ad præside Cameræ.
70. De Nobilibus Alsatiæ.

1. NObiles nostro in Imperio alii immediati sunt, alii mediati. Illi vocantur, Die freyen Reichs von Adel/die freye Ritterschafft/ Gailio, primarii Nobiles, *de pignor observat. 1. n. 1.* Die ohngemittelte/ gefreyte Reichs Ritterschafft. Bidenbach. *qq. Nobil. 1. num.* 7. qui nullum Statum pro Domino aut magistratu agnoscunt, sed immediatè soli Imperatori, Imperioque parent. Welche ohne mittel der Kays. May. und dem Reich underworffen/ R. A. zu Augspurg/*de anno* 1555. §. Und in solchen frieden. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1576. §. Dann weiters wollen Wir. Ordin. Camer. *part. 2. tit. 5.* Unnd umb jhrer Vorfahren verdienst willen von dem Reich jhr Ehr und Würdē/ auch den mehrern theil jhres gutes haben. R. A. zu Augsp. *d. l. anno* 1500. *tit.* Wie man mit der Ritterschafft.

2. Ratione loci seu territorii ubi degunt, in tres distribuuntur classes: I. Franconicam. II. Suevicam. III. Rhenanam. R. A. *de anno* 1542. §. Demnach haben Wir. R. Absch. *de anno* 1500. *t.* Was man mit der Ritterschafft.

3. Quòd si verò Nobilis quispiam horum Principis alterius Vasallus sit, atq; bona sua ab eodem, vel ex parte, vel in totum recognoscat, an hoc modo immediatæ ejus qualitati quippiam detractum dici queat quæritur? Nihil detractum respondet Nolden. *d. tr. c. 17. num. 45. & seqq.* Quam in sententiam trahit illud Gylmanni *in symph. tom. 1. part 1. tit. 4.*
4. *fol. 300.* & Eliæ Rosencorb. *practic. observat. 28. n. 6.* solere. Nobiles allodia sua à Principibus in feuda recognoscere, ut quoties opus sit, possint utiliori titulo tueri, non quòd velint præjudicium sibi creare, sed ut abundantiori cautela sibi prævideant. Knichium præterea *in epops. n. 141.* Nobiles Rheni, Sueviæ, Franconiæ, ait, scribere, Imperatoris solummodò esse subditos, Principibus verò, à quibus feuda recognoscunt, juramen-
5. tum fidelitatis rei feudatariæ nomine exhibere. Sic, *teste* Rosenthalio *c. 5. feud. conclus. 78. n. 9. & c. 5. q. 5. & q. 69. lit. h. circa fin.* in mille Germaniæ locis videre esse, quod Nobiles, Vasalli Principum, etiam ratione feudorum, quæ ab Electoribus, aliisq; Principibus tenent, immediatè subsint Imperatori, & Imperio. Nec Domini feudorum ullam in eos jurisdictionem exerceant, quàm eorum, quæ ad curiam feudalem pertinent. *adde* Matth. Steph. *l. 2. de jurisd. c. 7. p. 1. n. 177. & n. 181.* Et tandem Nicol. Everhardum Juniorem *in elegantissimo & ad præsentem materiam accommoda-*
6. *tissimo consilio 41. vol. 1. n. 83. & 87.* statuere, posse hæc duo simul stare, quod Comitatus sit feudum Episcopatus, & tamen sit sub Imperatore, & Imperio. Et licere videre in pluribus Nobilibus Sueviæ, Franconiæ, Rheni,

qui

qui magna feuda tenent à Principibus, tamen immediatè subesse Imperio Romano, & coram Imperatore tantùm, ut supremæ Cameræ Imperialis judicio conveniri. Ejusq; rei plurima exempla dari in Nobilibus Suevicis à Thurnhein/ Hirnhein/ Eberhein/ Freyberg/ Schembiß/ aliisq; infinitis. Illud in genere de Nobilibus immediatis sæpius quæsitum legimus, An status sint Imperii? Ad quod dum ego me converto, quæsiti duplex membrum, confusionise vitandæ ergò, constituam. I. Nobiles immediati an olim status fuerint Imperii? II. Iidem an hodiè sint, dicic; Status Imperii valeant? Ad prius affirmativa est Rumelini *part. 1. differt* 1. *ad A. B. Carol. IV. th.* 12. Gerlaci Buxtorphii *ad A. B. conclus.* 5. nec non Besold. *lib. 1. polit. c.* 9 §. 4. *n.* 16. *& in discursu de ordine equestri num.* 13. ubi ait, olim immediati Nobiles Comitiis quoq; interfuerunt, liberque Equestris ordo antiquitùs, tanquam singularis Imperii Status ad conventus generales vocatus fuit. Priscus id innuit Cæsareus stylus, mit guten raht unser und deß H. Reichs Churfürsten/ Fürsten/ Graffen/ Freyherrn/ Rittern/ Knechten und Stätten/ quem frequentatum innuunt non solum finalia verba proœmii Bullæ Aureæ Caroli IV. *ibi: assidentibus nobis omnibus Principibus, Electoribus, Ecclesiasticis & secularibus. ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium & Civitatum multitudine numerosa:* verùm etiam Sigismundi, atq; Friderici III. testimonia. Quorum ille in *Bullá quâdam, quæ extat apud* Goldast. *tom* 1. *constit. Imper. p.* 143. *per quatuor paragraphos,* prædicti styli accuratus cernitur propagator. §. 2. ait: *cum per literas omnium Principum, Electorum &c. ac etiam à Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus,* §. 3. *infit: Unde sane tàm Ecclesiasticorum quàm secularium Principum Sacri Romani Imperii Electorum consilio & consensu accedente, non improvide neq; per errorem, sed animo deliberato, aliorum etiam Principum, plurimorum Ecclesiasticorum, & secularium Baronum* Nobilium, *& Procerum nostrorum, ac Imperii sacri fidelium, maturè communicato consilio* §. 4. scribit: *prout hoc idem per præfatum Dominum Carol. IV. Romanorum Imperatorem, nostrum Charissimum, omnium ac singulorum Principum, Comitum,* Nobilium *ac fidelium consilio & unanimi consensu accedente.* Ergò oportuit, *ait* Rumelinus *d. l.* Nobilium quoq; accedere consensum. At eorum consensu quid opus, si Statibus annumerandi non sunt? Sed & Friderici III. audiamus verba. Is *in reformatione promulgatâ Francofurti anno* 1442. *in pr.* ita fatur: Und darumb durch anbringen/ auch mit beywesen und Rath unser und deß H. Reichs Churfürsten/ und Fürsten/ Geistlichen und Weltlichen/ Graffen/ Freyen/ Herrn/ Ritter/ Knecht unnd Stätte/ die Wir dann durch sie selbst/ oder ihre mächtige Sendbotten/ darumb insonderheit her zu Fuß zu kommen geboten und

7.

geheissen haben/ Quòd verò Nobiles ad Imperialium Statuum diætas vo-
8. cari desierunt, hoc in eorum favorem receptum esse videtur, ne Cameræ Imperialis sumptus pro rata ferre, aliaq; statuum onera subire teneantur. Et hoc ideò insigne Nobilium privilegium nequaquam ullâ ex parte in eorum odium retorqueri debet: *arg. c. quod in favorem. de R. I. in 6.* Quâ de re Henric. Bruning. *disput. de var. univers. speciebus. th. 18. ad fin.* ita scribit: Crediderim, Nobilitatem & Civitates quasdam non invitas citatoriis libellis præteriri se passas, quòd hoc pacto mitigationem & exemtionem onerum, der gewissen Anschläge/ impetrarent, & tolerabiliores fierent contributiones illæ, quæ ad peculiares Cæsaris expeditiones conferuntur.

9. Prætereà Nobiles adhuc hodiè pro Statibus habendos, & Patrum memoriâ habitos, multi sunt confirmantes. Rumelinus *d. l.* Maximilianum I. Equestrem ordinem Statibus accensere ait, in dem Königlichen Landfrieden zu Wormbs *Anno 1495.* auffgericht/ *juncto principio. in vers.* darumb/ *ibi*, vnd Ständt/ *cum fine.* §. hierbey/ *ibi* Ritterschafft. Idemq; fecisse Ferdinandum in R. A. *de anno 1542.* zu Speyer/ §. Dergleichen wie jetzt im nechsten Articul angezeigt/ *vers.* es wolten dann dieselbe vom Adel/ *ibi*, auch wie vom andern Ständen. Wehner. *in observat. suis verbo*, Ritterschafft/ Nobiles, cùm immediatè Imperio subjecti sint, Statibus annumerat. Idem facit Otto Melander. *part. 1. ad process. Meureri t. 6. p. 17.* qui tamen *d. tr. p. 2. p. 487.* ab ista videtur recessisse sententiâ. Consentit is, qui Repertorium scripsit ad Imperii Recessus. Ait enim, *sub tit.* Von Ständen deß H. Reichs in gemein: Stände deß Reichs sindt Geistliche vnd Weltliche Chur vnd Fürsten/ Prælaten/ Graffen/ Herrn/ Adel/ See: an See: Frey. vnd Reichsstätte/ vñ alle so jhr ordentliche *session* in Reichsrath haben/ wie die allemal zu eines jeden Abschieds ende ordentlich ge-
10. setzt. Tertii hujus opinionis asseclæ sunt illi, qui Nobilitatem conjunctim sumptam pro Statu habent, separatim autem unum aut alterum consideratum pro Statu non habent. Atq; eò trahit mandatum sine clausulâ, Cassel contrà Erailsheim/ abschaffung der Juden zu Rottelsee belangent/ 10. Jan. Anno 80. ubi inter alia Imperatoris hæc est decisio, dieweil dann jhr kein standt deß Reichs seind. Compilator decisionũ, seu præjudicior. Cameral. *sub verbo Nobilibus.* Contrà multi sunt, qui, immediatos Nobiles nec olim fuisse, nec hodiè esse Imperii Status, firmâ animi conceptione tenent. Hàc in classe Clutenius est *syllog. rer. quotidian. th. 26. lit.* k. Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 4. n. 50.* Reinking. *de regim. secular. lib. 1. class. 5. c. 10. n. 1.* qui id hoc textum ait esse expressum, *in Deputation.* Abschiedt *de anno 1564.* §. Vnd wollen Wir als Römischer Kayser gegen
denen

denen so nicht Stände deß H. Reichs/jedoch dem H. Reich *immediatè* underworffen. Et pro eâdem sententiâ facere æstimat textum in R. A. *de an.* 1548. §. Wiewol auch in der ringerungs handlung/ *ibi.* nicht *immediatè* Glieder vnd Stände deß H. Reichs gewesen. Bertram. *de Comitiis membro* 3. *th.* 39. Nolden. *d. tr. de Nobilitat. c.* 17. *n.* 70. & 78. Nobiles immediatos Statuum classe eximit I. cum in Imperii Recessibus ab Anno 1467. post 12.
factam matriculam, eorum inter Status nulla fiat mentio, werden auff der Weltlichen Fürsten/vnd der Graffen adjunctenbanck/ nirgend vnder den Graffen vnd Herrn gefunden. II. Cum de tempore & Imperatore, 13.
quo Status esse desierint, non constet. III. Cùm ipsi hactenus tenorem 14.
privilegii exhibere non potuerint. IV. cum experientia in contrarium 15.
sit. V. cum ad Comitia Imperialia non vocentur. Otto Melander. *part.* 2. 16.
ad processß. Meur. p. 487. fatetur, Nobiles immediatos multa cum Statibus 17.
communia obtinere, Austregis frui, præcipuas Imperii constitutiones pacis publicæ conservandæ gratiâ factas, ad eosdem pertinere, nullum ipsos, præter solum Cæsarem, superiorem recognoscere. Hoc unum requiritur, (idem subjicit) ut feuda ab Imperio Romano recognoscant & in matriculam Imperii communi Cæsaris & Statuum Imperii consensu relati, certum censum in istâ matriculâ expressum imperio pensitent, vel subsidium militare præstent. Quod si fiat, quis inter Status Imperii eos relaturus non erat? Atq; hactenus Relatoris subii munus, restat ut, quod mihi videatur, exponam. Qui immediatos Imperii Nobiles Status Imperii fuisse ajunt, unico isto nituntur fulcro, quòd iidem Imperii Comitiis interfuerint, ut indè collectio talis extruenda veniat. Qui Imperii 18.
Comitiis interest, Status is est Imperii. At ego collectionem istam pro firma non habeo, cùm sciam, quandoq; etiam alios præter Status Comitiis interfuisse. Si antiquiora nostris perpendimus tempora, easq; Imperii Curias, quas Roncaliis sub dio celebrare olim moris erat, planissimum evadit, non tantùm eos, quos Imperii nos Status dicimus, sed & alios iisdem interfuisse. Famosa illa Friderici constitutio de privilegiis scholarium, quæ apud Roncalias in solenni lata Curia, adfuisse Imperatori memorat, Episcopos, Abbates, Duces, omnes Iudices & alios Proceres sacri Palatii Imperii. Quorum posteriorum nomine Aulæ Magistrum, Mareschallum, Cancellarium, imò & ipsos JCtos, qui in Consistorio Principis vixerunt, venire annotavit *Scipio Gentulis ad auth. habita. C. ne fil. pro patre. cap.* 2. Lotharius Imperator dùm apud Ronchalias secundum antiquorum Imperatorum consuetudinem Comitia Regni ageret, hortatu & consilio

Archie-

Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Ducum, Comitum, Marchionum, Palatinorum, cæterorumq; Nobilium, ſimiliter etiam judicum, conſtitutionem fecit de prohibita feuda alienatione, quæ extat *lib. 2. F. t. 52.* Fridericus Imperator dùm ex prædeceſſorum ſuorum more univerſalis curiæ Ronchaliæ pro tribunali ſederet habito conſilio Epiſcoporum, Ducum, Marchionum & Comitum, ſimul etiam & Palatinorum judicum & aliorum procerum edictalem ſancivit legem, relatam *d. lib. 2. F. t. 55.* In ſolenni curiâ apud Conſtantiam ab Imperatore Friderico habita non tantum Principum, ſed & Nobilium curiæ mentio fit (quod curiæ interſuerint. Inter Nobiles autem recenſentur frater Cancellarii (erat is Abbas Gothofredus) de Olfeſtre, Rodulphus Camerarius, Guamerius de Lombardia, Cano de Minabere, Corradus Pincerna. *lib. de pace. conſtant.* qui uſibus feudorum adjectus, *verſic. hi autem ſunt.* Noſtros, & qui non multum excurrunt, ſi reſpicimus annos, certum eſt, contigiſſe, ut alii quoq; præter eos, qui jus ſeſſuræ ac dicendæ ſententiæ habuerunt, ad Comitia fuerint vocati, Bertram. *de Comit. membr. 3. th. 49.* qui ſi comparuiſſent, utiq; Comitiis interfuiſſent, nec tamen protinus indè effecti Status. Quòd ſi præterea indè immediatos Imperii Nobiles, Status fuiſſe Imperii, admiſerimus, eàdem licentiâ admittamus neceſſe eſt, omnes Imperii Nobiles, Status fuiſſe Imperii, tùm quia non in ſpecie immediatorum Nobilium, ſed generaliter Nobilium Imperatorum in ſanctionibus, mentio fit; tùm quia antequam Nobilium immediatorum nomen unquam cognitum, aut rerum naturæ inſertum, Nobiles
19. Comitiis interfuerunt. Interfuerunt autem tàm illis Curiis, quàm poſterioribus, de quibus ab adverſariis adducta loquuntur documenta, non tanquam Status, ſed aut tanquam immediata Imperii membra (quæ fortaſſis pro lubitu ad Comitia vocare poſterioribus temporibus in uſu erat) aut tanquam Conſiliarii & adjutores Imperii. Author der Donawertiſchen erinnerung *p. 169. & 173.* Quorum poſterius licet Beſoldo *d. diſſ. de ordine Equeſtr. n. 13.* ad guſtum non ſit, attamen non ſine colore eſt, nec fortaſſis ſine veritate, donec ab aliis aliud fuerit probatum. Niſi verò voluntatis iſtam Nobilium vocationem ad Comitia poſterioris temporis dixerimus, non video, cur in quàmplurimis Receſſib' Conſtitutionibusve nulla eorum mentio fiat, in pauciſſimis fiat tantùm. Imò verò non caret dubitationum fluctibus, ut maximè concedam, olim Nobiles aliquoties Imperii Comitiis, ſeu Regni Curiis interfuiſſe, an iiſdem Comitiis Norinbergæ celebratis anno 1356. quando aurea bulla edita ſtatutaq;,
20. interfuerint. Contrà ipſius Carol. IV. Imperatoris verba, hoc, inquis, pugnat. At ego, quæ ipſius verba ſint obſcurum eſſe indè dico, cùm diverſa

diversa ejusdem bullæ detur lectio, etiam hoc ipso in passu. Latina habet, Assidentibus nobis, omnibus Principibus, Electoribus Ecclesiasticis & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, & civitatum multitudine numerosâ; Germanica ejus Bullæ versio, quæ habetur im Ersten theil aller deß H. Römischen Reichs Ordnungen/ gehaltenen Reichstägen/ vnd Abschiedt/ impressa Moguntiæ anno 1573. ita sonat: So bey vns saßen alle Geistliche vnd Weltliche Churfürsten/ auch andere Fürsten/ Freyen/ Fürtreffende Edlen/ manigfaltigen der Stätt Bottschafften. Altera Germanica, quæ Recessibus Imperii juncta, impressa Moguntiæ anno 1615. habet, In gemeiner versamblung vnnd gegenwart aller Geistlichen vnnd Weltlichen Churfürsten/ auch anderer Fürsten/ Graffen/ Freyherrn/ Edlen/ vnnd mannigfaltigen der Sätte Bottschafften. Videmus hîc, ut cætera taceam, in latino exemplari Proceres à Nobilibus commate separatos, in primo Germanico conjunctos, in secundo Germanico, vocem, Procerum, in totum omissam. Hâc in varietate si quis dixerit legendum, Procerum Nobilium, sine interjecto commate, is simul, ut simpliciter Nobiles excludat, eos esse Proceres negabit, proceresq; Nobiles omnes anteà enumeratos, h. e. Electores, Principes, Comites, Barones, generali reiteratione dici affirmabit, ad oppositionem inter Proceres Nobiles, & civitates constituendam. Ut sensus sit: assidentibus nobis procerum Nobilium, & civitatum multitudine numerosâ. Sed hæc non urgeo, nec ea alius ut credat, sequaturq; suasor sum. Tantùm hoc ipso demonstro, etiam ipsum Aureæ bullæ contextum alio trahi posse, si quis scrupulosiori diligentiæ frænum laxare paratus. Cur Nobiles immediati ad Comi- 21.
tia vocari desierint? quando quærunt, ridiculi sunt, responsione inter se non conveniunt, nec quicquam quod possit subsistere agunt. Quæstio indè mihi ridicula est, quia quòd à liberâ Imperatoris dependet voluntate, cur id non agat, si quæram, risu pro responsione dignus sum, aut illa tantùm, quod nolit. Potest sanè adhuc hodiè, si velit Imperator, Nobiles ad Comitia vocare, sed ad id nullo Nobilium cogitur jure. Hoc prius illis probandum erat, Nobiles immediatos fuisse Status, antequam probent illos Comitiis interfuisse. Hoc enim posterius non monstrat Statum, ut paulò antè monstravi. Sed prius probatum simul hoc inferret, eos ad Comitia vocandos, nisi speciale aliud daretur privilegium. Privilegio enim hoc Status adjunctum tolli potest, ut Rex Bohemiæ, & familia Austriaca exempla sunt. Sed audiamus disparitatem rationum. Hoc in 22.
favorem Nobilium receptum, ait Besoldus, ne Cameræ Imperialis sumptus pro rata ferre, aliaque Statuum onera subire teneantur. Bruningii

quæ sit opinio, suprà diximus. Tacitâ consuetudine insignem hanc prærogativam Nobilibus ademptam, suspicatur Bertram *d. dissert. de Comit. d. memb. 3. th. 39.* Postquam Nobiles ex parte Principum Landsassii facti, ex parte oneribus & collectis Imperii se eximere voluerunt, eos sessionem & suffragium amisisse, scribit Ludovic. Gremp. & Hier. zum Lamb *in consil. de sess. & voce liber. civit. Imper. quæst. 2. §.* in der 4. *objection.* & Advocatus Brunsuicensis in Historischen händeln *part. 2. p.* 2177. Non hæc ex asse inter se conveniunt. Alii privilegium, alii voluntatem Nobilium, proprium ad commodum directam causam ponunt; alii nolentibus prærogativam ademptam suspicantur. Utriq; sine fundamento. Etenim si
23. in favorem Nobilium hoc receptum, ut ab oneribus Statuum immunes essent, quid opus favori incommodum aliud adjicere. Scilicet si hoc ex privilegio habent, privilegium illis concedi debebat, absq; diminutione honoris. Beneficio enim Principis nos adjuvari, non onerari conveniens est. *l. 17. §. 1. ff. commod. l. 3. ff. de constitut. Princ.* Honorem sanè generosus & nobilis spiritus majoris æstimat pecuniâ. Et generaliter cunctis rebus honor præferendus. Freherus *de existim. acquir. conservandâ & amittendâ lib. 2. c. 8. n.* 11. Qui ergò nobilitatem liberam commodum propter pecuniarum Statuum renunciasse ordini honoratissime (Auctor deß gründlichen berichts von deß H. Reichstätt Friedeberg standt 2c. *c. 2. n. 15.*) authores sunt, videant ne dùm in favorem Nobilium pugnare constituerunt, immoderato crimine honorem famamq; ipsorum spur-
24. cissimâ afficiant labe. Et falsum præterea est, Nobiles Imperii non subire onera, ut falsum protinùs & illud esse conveniens sit, Nobiles Comitia frequentare desiisse, ne Imperii subirent onera. Hoc quidem largior, daß sie in den Reichs Anschlägen nicht begriffen: R. A. zu Speyr *de anno* 1542. §. Demnach haben Wir auff. R. A. zu Speyer *de anno* 1544. §. Demnach haben Wir auff: at indè non totum à collectis aliisq; immunes esse oneribus. Coguntur enim sarcinam subire, non solùm Turcicarum collectarum, R. A. zu Augspurg / *de anno* 1500. *tit.* Was man mit der Ritterschafft 2c. ubi Maximilianus ait: Wir / oder der / so an unser stadt sitzen wird / und unser verordnet Regiment / sollen und wollen auch mit der Ritterschafft zu Francken / Schwaben und Rheinlanden ernstlich handeln unnd reden lassen / zu obangezeigten Christlichen vornehmen auch beschirmer deß Heyl. Reichs / dieweil sie umb ihrer Vorfahren verdienst willen / von demselbigen Reich ihr Ehr und Würde / auch den mehrern theils ihres gutes haben / ihre getrewe hülffe / wie ihnen als Christglaubigen Rittern unnd Knechten deß Heyligen Reichs wohl
anstehet

anstehet zu thun. Ordnung deß Regiments zu Augspurg *de anno 1500. tit.* Von der Ritter vnd Knechte Stewer. *d.* R. A. zu Speyr *de anno 1541.* §. Demnach haben Wir auff der Churfürsten/ §. Vnd nemblich sollen/ *repetita in d.* R. A. zu Speyr *de anno 1544* §. Demnach haben Wir auff der Churfürsten/ R. A. zu Regenspurg *de anno 1576.* §. Dann weiters wollen Wir: Verùm etiam tenentur zu Schutz vnnd Schirm gemeiner sicherheit in gewisser anzahl den Creysen zuzuziehen. R. A. zu Wormbs *de anno 1564.* §. Vnd Wir als Römischer Kayser. R. A. zu Augspurg/ *de anno 1566.* §. Vnnd Wir als Römischer Kayser. Et scribit Bocerus *de collectis c. 11. n. 38.* Moribus Germaniæ receptum est, & ipsam Imperii matriculam testari, quòd & Equestris ordo singulis in Imperii circulis contributionum etiam ordinariarum anniversariarum onus sustineat: de quo tamen ille suo respondeat periculo, præsertim quod de matriculâ movet, mihi non cognitum. Instas: Cameræ tamen nihil contribuunt. Fateor, at tantillamne propter contributionem summum fuissent derelicturi honorem? vix arbitror. Et poterant mansisse Status, etiamsi Cameræ nihil contribuerent. Contributio enim quæ Cameræ fit, adjunctum Statuum est & quidem separabile. Matricula testatur, dari Status, qui Cameræ nihil contribuunt, dariq; alios, welche zu vnderhaltung deß Kays. Cammergerichts noch keinen anschlag haben. 25.

26\. Libet mihi quærere, an statim ad Cameræ Imperialis constitutionem, ne ad hanc pro rata sumptus conferrent, Nobiles Comitiis Imperii interesse desierint, an ante, an aliud post intervallum? Utrum quis elegerit, mihi perindè est, nam nullum horum contradictionem evitabit. Si antè Cameræ institutionem Comitiis interesse desierunt, Besoldi ratio nulla est. Si ad Cameræ institutionem Comitiis interesse desierunt, ne Cameræ contribuerent, sequitur Status reliquos ad primam Cameræ sustentationem contribuisse, non verò Nobiles immediatos. At nulla tunc temporis specialis Statuum pro conservatione Cameræ contributio, sed solvebantur stipendia von dem Gelt so von deß Reichs verordneten hülffe gefallen. Cammergerichts Ordnung zu Augspurg *de anno 1500. t.* Von der Beysitzer Soldt. De hoc autem verordneter hülff actum erat eodem anno in Ordnung deß Regiments zu Augspurg/ ut variis ex ejusdem patet articulis & præsertim ultimo ac penultimo. Sed huic auxilio etiam subjecti Nobiles, ut ejusdem ordinationis *t.* Von der Ritter vnd Knecht Steyr planissimè indicat. Si post intervallum, illud 27. ea ad tempora redigendum erit, quo Stat⁹ in specie ad cõservationem Cameræ Imperialis cæperunt contribuere. Cæperunt autem, vel anno 1555.

vel statim pòst, quo anno Ordinatio Cameræ perfecta, quæ *part. 1. tit. 42.* ita habet: Damit aber daß Kayserliche Cammergericht hinführo desto stattlicher vnd bleiblicher vnderhalten/auch die Ordnung desselben desto wesentlicher gehandthabt. Quòd si ergò tunc Status esse desierunt, quid quæso est, quod in matriculis, tùm illis, quæ antè primam Cameræ institutionem, tùm his, quæ pòst confectæ sunt, non reperiuntur? Suprà autem suo loco dixi, matricularum hoc proprium esse, ut non affirmativè tantùm, sed & negativè probent. Fr. Herculanus *de proband. negat. n.* 168. Cùm itaq; longe ante Cameræ institutionem Imperii confectis matriculis Nobiles isti immediati non reperiantur inscripti, consequens est, eosdem longè antè Cameræ institutionem Status non fuisse. Deniq; quoniam hanc exceptionem privilegiatam agnoscit Besoldus, ipsius erit non allegare modò, sed & probare, imò & tenorem privilegii afferre. Ad quod, dùm ipsum linquimus astrictum, quid Bruningio tribuendum
28. dispiciemus. Putat ille, Imperatores, Nobiles immediatos tacitè prætериisse, nec ad Comitia evocasse; hanc ad præteritionem Nobiles tacuisse, indéq; sibi partim exceptionem onerum acquisivisse, partim contributiones tolerabiliores effecisse. Verùm nec hoc tale est quod fundamentum habeat. Si enim ex Juris necessitate immediati Nobiles ad Comitia unquam fuerunt evocandi, quis Imperatorem tàm arbitrabitur negligentem, ut eos evocare supersederit? quis præsumet, Imperii caput corporis integri non habuisse curam? Interest sanè Reipublicæ plures habere â consilio: Don Garsia Mastrillus *de magistr. l. 2. c.* 11. *n.* 7. Hoc interesse ad curam Imperatoris pertinet, qua interdiu, noctéq; pro Imperio excubat, undè vigilans Imperii caput dicitur. Ein wachent Haupt deß Römischen Kayserthumbs. R. A. *de anno* 1570. §. Nach erledigten. Quâ vigilantiâ Imperio adsistit, damit demselben an seinen Gliedern / session, Stimm/vermögen vnd hülffe/keine zerrüttung noch abgang begegne. *d.* R. A. *de anno* 1570. zu Speyr. §. Als Wir dann weiter. Dato præterеà, citrà tamen veritatis jacturam, Imperatorem muneris sui immemorem, contrà Imperii commodum desidem fuisse, an Electores omnesq, adeò Imperii reliquos Status ad hoc Pythagorico usos silentio probabile erit? minimè gentium. Cùm enim nemo suum præsumatur jactare, *l.* 25. *in pr. ff de probat. & præsump.* aut onus sibi met ipsi imponere; quî Status Imperii (tacendo enim dùm permisissent, ab oneribus ut se eximerent Nobiles, totum ipsis adcrevisset onus) frivolâ imaginatione aliud egisse dicemus. Deniq; onera isthæc ut suo loco docui, realia sunt, non personalia. Fac ergò, Nobiles ad Imperii Comitia non vocatos, jus quod habebant personale amisisse, indè tamen non effeceris, bona quæ possident, si un-

si unquam oneribus subjecta, protinùs effecta libera. *arg. l. lex vectigal. ff. de pignorib. & hypoth. l. 20. §. 1. ff. de A. R. D.* R. A. *de anno* 1548. §. Ob aber der so außgezogen. Atq; hactenus dicta etiam contrà reliquorum conjecturas pugnant. Restat ut illis satisfaciamus, qui Nobiles imme- 29.
diatos adhuc hodiè Statibus Imperii annumerant. Rumelini argumenta in genere eo tendunt, ut probet Nobiles immediatos ad Comitia non solùm vocari, sed & votum in iisdem obtinere, indeq; meritò Status dici. Huic ergò præ cæteris palmam meritò dabo (cum diligentiorem in Recessibus Imperii evolvendis hanc ad quæstionem præ reliquis deprehendam) si cum suis unicum, quem hîc subjicio, locum in concordem revocaverit consonantiam. Nobiles immediatos in Comitiis nec sessionem nec votum habere clarissimis verbis testantur, die Churfürsten / Fürsten vñ gemeine Stände deß Reichs in jhrer antwort im Religionsfrieden der Römischen Königl. May. den 6. Septemb. *anno* 1555. vbergeben / §. 4. *ibi*: Was aber die Freyen von Adel / oder die Ritterschafft dem Reich ohne Mittel / vnd sonst keinem höhern Stande vnderworffen / die keine Stimm vnd session im Reichsrath haben / auch in den Anschlägen nicht begriffen / anlanget 2c. Hunc ad locum si Rumelinus, ut necessè omninò habet, concessivè annuerit, tota ipsius corruet collectio, quæ talis erat: Quicunq; in Comitiis votum & sessionem obtinent, illi Status sunt Imperii. Nobiles Imperio immediatè subjecti sessionem & votum in Comitiis obtinent, Ergò Nobiles immediatè Imperio subjecti Status sunt Imperii. Audiamus præterea, si lubet, propriam confessionem immediatorum Nobilium circuli Francici, & dubium supererit nullum, eos ad Comitia non vocari. Ita autem illi in literis, quas anno 30.
1619. 11. Novembr. Norinbergæ Correspondentibus Statibus exhibuerunt, *ibi*: Weil die Reichsgefreyte Ritterschafft, als ein sonderbahr / doch der Römischen Kayserl. May. vnnd dem Heyl. Reich /, so wohl als die Reichsstätte ohne mittel zugethane Corpus, in die Reichs- vnd Craiß-Matricul, auch dero Anschläg nicht begriffen / vnd auff die Reichs: *Deputation*: vnd Craiß*Convent* nicht beschriben zu werden pflegten. Quòd si in specie Rumelinus à me desideret, ut quam adduxi Statuum sententiam, cum illis, quæ allegavit, Recessuum Imperii verbis, conciliem, onus non detrectabo. Sed & pro ipsius sententiâ, antequàm aliò provehar, fundamentum adducam, hactenùs à nullo, quod nôrim, consignatum. Est auté illud petitũ ex Recessu deß Deputation-Tags zu Wormbs / *de anno* 1564. §. Wir wollen auch auff vns fürbracht bedencken. ibi Fer- 31.
dinandus Imperator tunc temporis expressè dicit, daß die von der Ritterschafft vnnd dem Adel / vnder den Craiß: vnnd Reichsständen mit

begriffen / h.e. quòd Equites & Nobiles sub Statibus Circulatibus atq; Imperialibus contineantur. Itaq; ne antilogia quædam relinquatur, duo consideranda sunt tempora, quibus certas accommodabimus propositiones. Unum est illud tempus, quo Statuum Imperii nomen nondum notum: Alterum, quo notum, certisq; insuper excultum adjunctis. Priori tempore Curiis Regni interfuerunt Nobiles, nullo habitu respectu, an mediatè, an immediatè Imperio subjecti. Posterioris temporis ut spectes usum, propositiones has velim notes: 1. Comitiis Imperii interesse Nobiles mediati desierunt. 2. Immediati Nobiles conjunctim votum & sessionem in Comitiis non habent. 3. Aliqui ex immediatis Nobilibus votum & sessionem in Comitiis obtinuerunt, Statusque Imperii hodiè sunt. Primà & secunda propositio lucem ex superioribus à me dictis satis habent: tertia, ne nuda sit, ratione vestienda erit. Matriculas hîc unicè manuductrices habeo, queîs absq; fuisset.

Nox cæca antè oculos, nec Numinis ulla vialis
Copia, nec misero Lucifer ullus erat.

speciali aliquo Nobilitatis titulo præfulgeant. Tales sunt, Imperator, Rex, Dux, Princeps, Marchio, Comes &c. De his video nonnullos dubitare An ad torneamenta possint debeantq; admitti? Andre Fauyn. *d. lib. 10. du theatre d'honneur chap. 3. p. 1751.* ait *de ces bahours & tournois estoient dispensez les Rois, les Ducs & hauts Barons, Regiæ, Duca* 44.
lis & Principalis dignitatis personæ ab his ludis equestribus se abstinent; quoniam Reges sui Regni corona, Principes & Duces serto caput adumbrare contenti, non solent, perindè ut alii, in his ludicris pugnis decertare, nec ulli sodalitati se inserere debent. Idq; non solùm ratione dignitatis constitutum dignoscitur, verùm etiam ratione periculi, uti placet. Fauchet *d. l.* Nam *jadis les Rois ne permettoient que les Princes du sang se hacardassent aux tournois, & combats plaisants, pour l'inconvenient qui en peut advenir, comme il s'est veu souuent:* Bernhard. de Girard. Signeur du Haillan *del' estat & succes des affaires de France liur. 3. p. 200.* Hoc est; *jàm olim Reges non permittebant, ut Principes sanguinis periclitarentur Fortunam torneamentis, & aliis ludicris certaminibus, propter exinde resultantia incommoda, ut sæpiùs visum.*] Ego, ut per gradus, quid velim, explicē, torneamēta considero vel illa, quæ ab Henrico Aucupe in Germaniam introducta dixi, vel cæterarū hinc indè gentiū. De illis nō tantùm Ruexneri relatio sed & Historicorum paginæ testes sunt, titulares, quos appellavi Nobiles in iisdē decertasse. Probat hoc ipsum contextus, quem Fauchetus ex tor- 45.
neamentorum constitutionib. truncatim, nos verò integrè hic recensemus ex Gold. *tom. 1. const. Imp. p. 212.* Atq; hactenùs de iis, quæ antè decursionem fieri par est, quæ ubi erit celebrata, rursum quisq; ad sui circuli Regem accedit, testimoniū decursionis scripto comprehensum petitur: quod tamen non nisi duob. Regib. ludorum, duobusq; Heroltis præsentibus datur, qui in hac re ei, qui ipse non decurrerit, sub perjurii & violati sacramenti pœnâ gratificari prohibentur. Scriptum autem hujusmodi ipsi Reges, cum adjectione Circuli, cujus nomine præsident, nominis sui subscriptione muniunt. Sed hoc Regiæ, Ducalis aut Principalis dignitatis personæ non indigent: quoniam Reges sui Regni corona, Principes & Duces, serto caput adumbrare contēti, non solent perindè ut alii in his ludicris pugnis illud adornare: quemadmodùm nec ulli sodalitati se inserere; quod tamē inferioris dignitatis omnes non solùm faciunt, verùm etiā facere tenentur. Admissos, ut opinior, vides, ad torneamēta Reges & Principes, ita tamen ut singularia in illis nonnulla emicuerint. Scilicet

à Nobilitate reliquâ diſtincti comparebant, capitis quoad ornamenta, ſeu galeas. Quod tunc obtinebat maximè, quando majeſtatem ſuam reſplendere, alijsq; cognitam volebant ipſi, uti factum à Conrado II. Imper. in torneamento Sexto, Da er ſelbſten in den Thurnier geritten/ vnder ſeiner Keyſerlichen Cron bloſſes Heuptes. Etenim quando incogniti ad torneamenta comparebant, honeſtâ fraude alienis induti armis galeâq; utebantur. Ita de Carolo hujus nominis JV. poſtea Imperat. narrat Cuſpinianus *in ejusd. vitâ p. m. 428.* quòd in torneamento Rotenburgi habito ſub alienis armis clam & ignotus anno 1348. docertaverit. De Manuele Comeno, quæ ſuprà ex Niceâ retulimus in Orientalis Imperii torneamentis uſitatum fuiſſe innuunt, Imperatorem, ejusq; cognatos, hæc ad certamina comparere. In Galliâ an quid unquam contrà

46\. ſtatutum, pro certo quid affirmem non habeo. Sanè quòd Principibus ſanguinis à Regibus penegatum affirmat Girandus, id ne ipſi quidem Reges ſuâ in perſonâ probè obſervaſſe oſtendit miſerabile Henrici II. fatum. *Is* enim cùm in feſtivitate nuptiali, in viâ Antoninô, non procul *de la baſtille*, ut proprio id vocant idiomate, Mongomerio, cuſtodiæ præfecto, lanceâ in manus traditâ, invitum & reluctantem ad certamen provocaſſet, fractis lanceis incurrentium equorum impetu, fruſtulo ligni per caſſidem penetrante, totumq; bregma violante, miſerè intrà novendium animam efflavit ſuam: *Tractat. de ſtat. Reipubl. & Rellig. ſub Henrico II. p. 18. Le renueille matin des Francois p. 7.* Cujus armatura, Regiæ ſecuritati tunc temporis parùm fida, hodiè videre eſt Vinariæ, Illuſtriſſimorum meorum Principum in armamentario. Alterum, quod Reges & Principes in torneamentis præcipuum habuiſſe conſtitutio innuit, eſt, quòd hi, non æquè ut alij ſodalitatibus ſua addixerint nomina, proindeq; decurſionis teſtimonium non petierint. Cæterùm quoniam ſodalitatum hîc ſemel facta eſt mentio, quæ qualesq; illæ fuerint, operæ

47\. pretium duxi ſubnectere. Si Ruexnerum ſequimur, ſodalitates demum in ſecundo torneamento cæpiſſe dicendum fortaſſis videbitur. Ac illud prædictum Henrici conſtitutionis membrum innuit: Hoc ſcilicet, ſtatim ab initio, primo in torneamento ſodalitates extitiſſe. Sed hæc fortaſſis veritas eſt, ſodalitates ab initio ſtatim extitiſſe, at non certis ſub ſignis, & regulis iſtis, quas ſecunda illis attribuit cura. Innuit Ruexnerus, Deß man bey den andern Thurnier hab angefangen die Thurnier beſſer zuverfaſſen/ vnd nach dem der gantze Thurnier den vier Thurnier Vögten zu ſchwer were in einer kurtzen zeit allein zu Regieren/ ſo hett es gut gedaucht/ das man jhnen eine hülffe thete/ alſo daß man in einem jeden

gezirck/

gezirck / mit seinen gräntzen noch drey Gesellschafft Vögte verordnete / der jeder zu aller Thurnier zeit der jenen / so in seiner Gesellschafft weren / selbs wartet / vnnd die in allen Emptern verordnete / warzu ein jeder geschickt were / vnd das einem jeden ein zeichen von ein Thier oder Vogel geben würde / das er seinen Gesellschafft Knecht anhenckte / vnnd er selbs daß allweg führete / da bey man sein Gesellschafft erkente / vnd welcher von den vier Landen ein Thurnierer were / der solt derselben zeichen eins an seinem Hals / der Kappen / oder dem Hut tragen in den gezirck darinn er gesessen / wer er ein Ritter / so solt ers Guldin / oder vergult führen / were er ein Edelman / solt das forder vergult vnnd das halb theil weiß tragen / damit sich der Adel vnter einander bekennen möchte. Das werd also beschlossen vnd fürgenommen. Also geben sie den Rheinländern die ehre / das sie am ersten solten drey König zu jhren dreyen Gesellschafften erwehlen. Also erwehlten sie am Obern Rheinstrom Herrn Heinrichen von Fleckenstein / vnd geben jhm ein Schwan zu einem Gesellschafft zeichen / den er vnd alle sein Mit Thurniersgenossen in seinem gezirck führen solten. Am mitlern Rheinstrom ward erwehlet Herr Wilhelm von Esch / dem geben sie einen Löwen zu einem Gesellschafft zeichen. Am andern Rheinstrom erwehleten sie Herr Wolffen von Eltz / dem geben sie ein Winde zu einem Gesellschafft zeichen. Die Obern Schwaben gaben jhrem Könige einen Falcken. Die Mitler Schwaben gaben jhrem Könige einen Steinbock. Die Vndern Schwaben gaben jhrem Gesellschafft Könige einen Leit-Hund zu einem Gesellschafft zeichen / denn er vnd alle Mit Thurniersgenossen seines gezircks als Thurnierer führen solten.

Der Ober Francken Könige geben sie einen Greiffen / der Mitler Francken Könige geben sie ein Eingehörn / der Nider Francken König gaben sie einen Esel.

Dem Obern Bayern Könige gaben sie einen Bären / zu einem Thurniers zeichen. Dem Mitler Bayern Konige gaben sie ein frey Pferd. Dem Nider Bayern Könige gaben sie einen Pfawen.

Also seind zwölff Könige der Gesellschafften erwehlet worden / welchen deß Thurniers Eyd geben / vnd jhnen eingebunden worden / das ein jeder all sein Thurniersgenossen solte warnen / welcher sein Thurniers zeichen nicht bey jhm hett vnd offentlich truge / wo sein Thurniersgenossen das von jhm begerte zu sehen / an Heyligen tagen / hohen Festen / oder so man zu Höfen Ritte / der solt im Thurnier darumb gestrafft werden. Auch solten sie keinem der nicht Thurniersgenoß were gestatten / einig

Thurniers zeichen zu führen. Annotavi præterea in subsequentibus torneamentis & aliarum quoq; sodalitatum præter enumeratas, mentionem fieri, ut tracte temporis has ipsas augumentū sumpsisse improbabile non sit. Sunt autem illæ, Die Gesellschafft in Obern Esel / das ist der Odenwald in Kreichaw vnd der Bergstrassen: Die Gesellschafft in Bracken vñ Krantz Gesellschafft in der Cron/ welche alle derer von Rheinstrom: Die Gesellschafft in Bärn / derer im Land zu Francken. Suprà tamen Ursus Bavaris attributus. Die Gesellschafft in der Vierspeng/ die Gesellschafft in Fisch vnd Falcken/ Gesellschafft in Leid Bracken/ Gesellschafft in Wolff/ Gesellschafft deß gekrönten Berens.

48. Præterea Nobilium sunt alij non titulares, quos ad torneamenta, cæteris paribus admitti dubium planè est nullum. De Patritijs Imperialium civitatum ita statuo, eos non indistinctè admittendos omnes, nec reijciendos una decisione: Admissos autem reperio eos tantùm, qui dicūtur hodiè, Die Adenliche Geschlechter/ hoc est, qui à summo Principe Nobilitatis insignia tenuerunt. Ita Norimbergæ in duodecimo torneamento ibidem celebrato, multi Patritiorum admissi, quos inter tres, præ reliquis palmam, ipso Imperatore teste, merebantur, laudisq; hoc insigne præconium, eos si in principum aulis ad heroica facta ducti, doctiq; melius non potuisse peracta peragere. Erant autem illi, Georgius Haller/ Sigismundus Tucher/ Johann Holeschuer. Atq; his & alijs (quorum nomina infrà, ubi de Republ. Norica disseram, explicabo) idem Imperator Henric VI. privilegium confirmavit, partem adauxit, eosq; cæteris Nobilibus, qui montana incolunt, dignitate æquales & equestrium certaminum participes dixit, modò ut anteà, ita inposterum quoq; mercaturâ & cauponariâ abstinerent, annuis suis reditibus & commo-

49. dis victitantes. Crus. *annal. Suevicor. lib. 12. part. 2. c. 6. p. 529.*

Sit itaq; generalis hæc regula: Nobilium omnes ad torneamenta admitti, nisi specialiter reperiantur reprobati: Reprobationis variæ sunt

50. causæ, quæ torneamentorum ex Constitutionibus peti possunt & debent omninò. Ratione originis & prosapiæ duplex datur. I. Novi homines ut vocant, & qui Nobilitatis suæ testimonium à quarto non habent progenitore, Torneamentorum à celebratione remoti. Hæc constitutio inter primas fuit, quam posteà alia ejusdem tenoris subsecuta, paucula si exceperis. Ita verò illa: Welche von jhren vier Ahnen nicht Edel/ noch auch nicht von jhren Stämmen nicht Thurniergenossen geboren seind / das man der keinen theilen noch zulassen soll. Doch welche bißhero

Es

getheilt worden weren vnd gethurniert hetten/die soll man Reiten lassē: Es wehre den sache daß Er von der Mutter nicht Edel wehre/derselb soll nicht getheilt noch zugelassen werden. Cum superiori Constitutione convenit Statutum Silesiæ, ut patet ex *Tractat.* vom RitterRecht. *fol.* 1. *&* 40. Daß keiner sich deß RitterRechts gebrauchen kan / er sey denn Vier-Schildtig. Nec non Ganerbiorum deß Schlosses Friedtberg/teste Jacobo Wernero Kylling. *discurs.* 19. *de Ganerb. Castror.* n. 10. *& seqq.* qui neminem Nobiliū eam in societatē recipiūt, nisi probaverit, se Nobilē esse ab utroq; parente, avoq;, literis hac de re confectis sequentis tenoris: Ich N. N. Bekeñe vnd thue kundt/mit diesem Brieff/als ich alten gebrauch/gewonheit vnd herkommen nach/von Burggraffen vnd Bawmeister zur Burg Friedberg/beweisung meiner geburt (quæ undè petenda Wehnerus *in observ. pract. verb.* Stambuch: *p.* 611. Tiber. Decianus *consil.* 66. *n.* 58. *& seqq. vol.* 3. *& alii*) von meinen Vierahnen E. herlangendt/ gethan: Nemblich das Ich bin der Linien Stams vnd Geburts/ auff seiten meines Vetters einer von N. meines Vatters Mutter ein N. von N. auff seiten meiner Mutter einer von N. vnd Mutter Mutter ein N. von N. All Edel vnd zum Schildt gebohren. *Et circa fin.* Ob es sich vber kurtz oder lang begebe/ das ich nicht also/wie die obgerührte meine beweisung inhalten / gebohren/oder der eine/ oder mehr mangelhafftig erfunden würden/ solte man mich fürders für keinen Burgman zu Friedberg halten/vnd ich solt vnd wolte auch / so bald mir solche von Burggraffen vnd Bawmeister/so in zeitten vorgehalten vnd verkundet wird/ von solcher meiner Burgmanschafft treten bey dem Eyd. Hæc Nobilitatis probatio, si ad communes Germaniæ regulas interpretanda fuerit, longam majorum requirit seriem, modò vera dixeris, quæ von den 16. Ahnen prodita circumferuntur. Audiamus, si placet, Bodin. *lib.* 6. *de Republ. c. ult.* *En Allemaigne on ne se contente pas que le gentilhomme soit noble de pere, comme il suffit an Royaume de Polongne par l' ordonance d' Alexandre Roy de Pologne: ou de pere & ayeul, comme il suffit en ce Royaume, par l' ordonnance du Roy Francois premier &c. mais on veut que le gentilhomme de quatre quartiers monstre qu' il est issu de deux cents Soixante personnes Nobles, si l' interpretation, que plusieurs baillent, de quatre quartiers, est veritable les autres veulent sept degres de Noblesse en montant des masles & femelles sans desparanger. Telles loix sont pernicieuses, & pleines de sedition: i. e.*

In Ger-

In Germaniâ non sufficit Nobilem esse talem à parente, uti sufficit in Regno Polonia, per ordinationem Alexandri Regis Poloniæ, aut à parente & avo, uti sufficit in hoc Regno per legem Regis Francisci primi &c. sed requiritur, ut Nobilis demonstret quatuor ex lateribus se esse oriundum à ducentis sexaginta personis nobilibus, si interpretatio, quam nonnulli proferunt, de quatuor lateribus, est veritati conveniens. Alij requirunt septem gradus ascendendo à masculis, & fœmellis sine deflexu. Ejusmodi leges pernitiosæ sunt & plenæ seditionis.

Quam ego clausulam non usq; adeò probare possum, cùm sciam hujus nostræ consuetudinis, seu si mavis, legis, summâ & sine cuiusquam injuriâ æquam esse rationem. Quod enim in arboribus videmus, ut non nimiùm annosæ fructus ut plurimùm edant suaviores: si quidem ætas senile quiddam invehit, quod in arbusculis, velut adhuc rudioribus, acidum atq; acerbum esse solet: Idem etiam in familiis contingere dicendum est; ut, quo diutius in pretio fuisse deprehendantur, eò generosiores edant & animos, & Spiritus. Ad minimũ quæ longâ Majorum prosapiâ clara est Nobilitas, omnium majorum meretur venerationem, & instar monetæ antiquæ ab omnibus proba æstimatur. Cùm contrà novi homines, æquè ut parùm cognitus nummus, ad libram, & Lydium revocentur lapidem, nec rarò instar ærosæ pecuniæ (ita loquitur ICtus *in l.102. in pr. ff. de solut.*) notam incurrant, & exilium. Hocq; est, quod aliàs dici solet, eum, qui nobilitatur, nobilitatem quidem consequi, sed non genus: liberos ejusdem genus habere, sed nullam gentilitatem. Eam verò tandem in nepotibus incipere. Atq; adeò Nobilitatem in primo acquirente nasci, in filijs pubescere, in nepotibus adolescere, & denique in pronepotibus maturiorem ætatem consequi. Eâdem fortassis, aut planè non absimili ex causâ illos, qui à Sigismundo Imperatore. Romæ post coronationem, Equites facti erant, in torneamento celebrato Norimbergæ anno 1433. non fuisse admissos ex Andr. Ratispon. *in Chron. Bavar.* memorat. Freherus, *ad Petr. de Andlo lib. 1. c. Rom. Imp. c. 6. p. 153.* *Quid verò? Nonne poterit Imperator homini novo gratiam facere, ut non obstante hâc lege, ad torneamenta admitti possit & debeat?* Affirmative concludo, expressa si pateat Imperatoris voluntas, præter enim Imperatoris summam potestatem, quæ hîc spectanda venit, in primis verum est, quod prout ibi jactari solet: Wen der Keyser Adelt/ der geneust deß Keysers Adel/ wann er gleich nicht Edel ist von Geburt. Et ne de observantia dubites, ecce verba, quæ Imperatori in privilegiis Nobilitatis, vulgò Wapenbrieff/ ferè sunt solennia: Unnd darumb umb solcher seiner Redligkeit/ Adelicher guten Sitten/ und Tugenden/ auch

andern

andern zu einer anreitzung/nach gleichmässigen Ehren/Tugenden/Adel vnd Redligkeit zu streben/ so haben wir mit guter vorbetrachtung/ wolbedachtem Muthe/gutem zeitigen vnser Edlen Räthe vnd lieben getrewen Rath vnd rechtem wissen/auß Römischer Keyserlicher/auch Vngerischer vnd Böhmischer Königlicher Macht vnnd vollkommenheit / gedachten N. N. sampt seinen ehlichen LeibErben/vnnd derselben Erben Erben/ Mann vnd Frawen Persohnen zu Ewigen Zeitten in den standt vnd grad deß Adels/vnser vnd deß Heyl. Römischen Reichs/auch vnserer Königreiche/ Fürstenthumbe vnd Landen/recht Edell gebohren Wappen vnnd Lehens/ Thurniersgenossen vnd Rittermässige Leute erhebt/darzu gewürdiget/ geschöpfft/ geadelt/ vnd sie der Schaar/ gesellschafft vnd gemeinschafft deß Adels zugefügt/ zugesellt vnd vergleicht / allermassen vnd gestalt/als ob sie von jhren Vier Ahnen/Vatter vnd Mutter Geschlechten/ beyderseits recht Edel gebohrne Lehens Thurniersgenossen vnnd Rittermässige Leute gebohren weren. ꝛc.

Quamvis verò communiter, & indistinctim, etiam speciali hac Principis gratiâ muniti, à cæteris Nobilibus despectui habeantur, illud tamen facti est, quod jus non tollit: Et habent isti, præsertim si virtute Nobilitatem consecuti sint, quod contemptoribus suis, æquè ac ille apud Sallustium, reponant: Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam: mihi fortuna, illis probra objectantur. Quòd si me jure despiciunt, faciant idem Majoribus suis, quibus, uti mihi, Nobilitas ex virtute cæpit. Nunc videte quàm ingenui sunt, quod ex virtute alienâ sibi arrogant, id mihi ex meâ non concedunt: scilicet, quia imagines non habeo, & nova Nobilitas est: quam peperisse melius est, quàm acceptam corrupisse. 54.

II. Illegitimè, & extrà matrimonium nati, ad tornea menta non admittuntur. Welcher oder welche/die nicht in der Ehe gebohren seindt/ sollen nicht getheilt noch zugelassen werden. Rectè. Si enim in collegia artificum nullus admittitur, dann er habe einen GeburtsBrieff / quò probet, das Er recht vnd Echt gebohren sey: Wehner. *in observat. pract. verb.* Zünfften. *p.* 723. multò minùs nobilissima hæcce in sodalitia. Idq; jam olim Doctoribus nostris placuit, dùm spurios ad militiam non admittendos censuêre: Bald. *in l.* 1. *§. fin. ff. de testament mil.* dùm Nobilitatem ad eosdem non transire frequenti senatû constituêre in *l.* 1. C. *de dignitat. lib.* 12. Zilottus *consil.* 163. *n* 3. *&* 4. dùm iisdem arma & insignia domûs paternæ non convenire scripserunt. Bald. *in l. generaliter. §. cum autem.* C. *de institutionib. & substit. & in l. cum legitimæ nuptiæ ff. de stat.* 55. 56.

OOOooo *hom-*

hom. Chassan. *part.1. catalog.glor.mund.considerat.38.conclus.24.* Imò verò, ita communi quasi consensu obtinuit jàm olim, ut spurii ferè ubiq; locorum ad officia & dignitates non fuerint admissi, nisi in defectum legitimorum *l.3.p. 2.ff. de decurionibus.* Cujus ratio triplex ex Duareno *lib. 4. de*
57. *Benefic.c.5.* reddi potest. I. Est metus incontinentiæ paternæ. Frequentissimum enim, & planè ordinarium est, ut filius non corporis tantùm paterni, verum etiam animi quædam sit imago. Undè tritum Græcis proverbium κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν, à jure quoq; nostro adprobatum *c.si gens Anglorum distinct. 56.l.5.§.1.C.ad l.Iul. Majest.* Idem esto judicium de vitiis maternis, quæ cum primo lacte haurire solent liberi. Quod nostri
58. ita offerunt: Was von Huren zeuget/ das ist zu Huren geneiget. II. Ut hoc malo parentes, honestis potius ut se dent conjunctionibus, inflammentur & castitati studeant, quæ etiã sola Deo cum fiducia potis est hominum animas præsentare & Remp. nobili incremento beare: *Novell.14. §.1.in pr. & fin.* Verissimum enim est quod scribit Paulus JCtus *in l.isti quidem.8.§.ult ff. quod metus causa,* tantum esse affectum Patris in filium, ut pœnâ molestiàq; filii magis, quàm suâ terreatur & excrucietur. Vel ut habet *§.ult.Inst.de noxal.act.* cùm per filii corpus pater magis, quàm filius periclitetur; vid. Dion *lib.51.* Valer. Max. *lib.5.c.7.* Ravis. Textor. *part.2 offic. tit. amor parentum* Obtineat ergò meritò hîc, quod Cicero *in quâdam ad Brutum epistola* scriptum reliquit: Hoc præclarè legibus comparatum est, ut charitas liberorum amiciores parentes Reipubl. redderet. Nec obstat
59. I. quod filius non debeat portare iniquitatem Patris: *Deut.24.v.15 Ezech. 18.v.20.* & quod II. nulli ex alienâ malignitate damnum emergere possit *l.12.c.de acquir.vel amitt.poss.l.12.§.1.C.de pœnis cum similibus.* Nam I. etiam de jure divino catholicum non est: *Deutr.c.5.v. 9. ibi*: Ego sum Dominus Deus tuus, æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios, in tertiam & quartam generationem. *Gen.19 Reg 2.c.ult.* 17. vid. Wigand. *in explicat. catech.lib.1.p.115.* Gerhard. *tom.2.loc Theol.tit.de peccato originis pag. 558. & 584.n.65.* Ad secundum respondeo: Neminé puniri posse sine causa, posse tamen sine culpa, ex causa, *gloss.in c.2.verb.culpâ caret. de const. per. quoniam frequenter.§.si verò ut lite non contest c.renovantes, ubi gloss. v. prius quàm distinct. 22. c. antiqua de privileg.d.l.5.C.ad l.Iul.Majest.* III. ratio est, quòd
60. ita nati probro & ignominia non careant. Si enim ex immundo semine mundus non nascitur *lib. 14. v. 4.* quomodo ex inhonesta conjunctione honestus nasci poterit. *Nov. Leon.91.* Licet verò edicto prætoris notati nõ sint, attamen ea est ferè hominum de ipsis opinio, is contemptus, ut non immeritò macula quadam aspersi quibusdam videantur. Azo *in summ.C. tit.ex quib.caus.irrog. infam.* Cujus rei argumentum illud est, quòd nemo

vivit,

vivit, quin tali appellatione, ut turpi, & contumeliosâ offendatur, receptumq; est eo nomine actionem injuriarum competère: Dd. *ad l. 3 ff de liber. & posth.* Undè etiam *arg. l. 27. C. de inoff. testam.* si heredes scripti reperiantur, Dd. fratri querelam inofficiosi concedunt. Verùm ne terminos 61.
instituti mei excedam, placet rem totam in pauca redigere, & legẽ hanc nostram verbis Sarisberiens. *in Polycrat. c. 11.* obsignare: Fidus maritus benè meretur de majoribus, quorum sanguinem sobole furtivâ non vitiat. benè de liberis, quibus nec de matre erubescendum, nec de patre dubitandum: benè inprimis de se, quem â contumeliâ alieni corporis vindicat.
Consideratione conjugii una hæc datur regula: Si quis â stirpe nobili du- 62.
xerit uxorem imparem, & non ex nobilitate, sciat perindè interdictos sibi hos ludos, atq; ignobilibus, impunitate datâ, si talis aliquis eis se immiscuerit, hunc more solenni verberib⁹ mulctandi, & aliis consuetis pænis afficiendi: Cùm neq; filii ex hujusmodi inæqualibus nuptiis nati, neque nepotes in tertiam usq; stirpem ad eosdem ludos admittendi, conantesq; se intrudere, iisdem, quibus parentes, pænis plectendi sint: nisi si tales fratrem aut consanguineum habeant ludorum jure fruentem, quod ex insignium ratione palàm fit, quo casu is vicem agnati sui luere poterit.
Quod hîc matrimonia disparia inter Nobilem & ignobilem improban- 63.
tur, id evidentibus nititur rationibus, de quibus Reusner. *lib. 1. decis. 4.* Alber. Gentil. *de Nupt. lib. 1. c. 3.* Cypræus *de sponsal. c.* 10, §. *13. n. 2.* Arnisæus *de jure connubior. c. 3. sect. 6. n. 13.* Et jàm olim â Majoribus nostris imparitas illa nigrum tulit calculum. Cluver. *lib. 1. antiq. Germ. c. 15. p.* 122. Ita enim Adã Bremensis de Saxonibus scribit: Quatuor differentiis gens illa consistit, Nobilium sc. & liberorum Libertorum, atq; servorum. Et id legibus firmatũ, ut nulla pars in copulandis conjugiis propriç sortis terminos transferat: sed nobilis nobilem ducat uxorem, & liber liberam. Libertus conjungatur libertæ, & servus ancillæ. Si verò quispiam horum sibi non congruentem, & genere præstantiorem duxerit uxorem, cum vitæ suæ damno componat. Cùm verò & Nobiles inter ipsos distinctos dari gradus ex superioribus pateat, optimum omninò erit, si quilibet horum vetus illud pro regula habeat: Si quâ vis aptè nubere, nube pari. Id si Imperator Maximilianus I. observasset, nunquam duxisset in matrimonium Galeacii, Mediolensis Ducis filiam, nec proindè habuissent Principes Germaniæ justam indignandi causam. Cumq; eandem in regulam commisisset Cosmus Florentiç Dux, per Pium IV. Pontificem, aut potiùs per ejusdẽ oratorem, Terracinæ Episcop. apud Philippũ II. Hispan. Regẽ agendo, ut sororẽ, olim cũ Lusitaniæ Principe junctã, Francisco filio uxorẽ concederet, meritò repulsã tulit, Philippo nuptias illas tanq̃ dispares aversãte, sororẽ & Cæsaris filiam, regiâq; in familiâ elocatã, mero Principi despondendã

OOOoo 2 parũ cõveniẽs Au-

Auſtriacæ familiæ faſtigio ac majeſtati ducente; Lanſius *de Principat. provinciar. Europ. pag. 726.* Ex ſecunda Legis noſtræ parte (cujus ratio ex parte repetenda ex ſupra adducta parte 1.) fluit diſputatio Bertrami *de conſiliis membr. 3. theſ. 43.* *Natum ex Principe & plebeja*, (ut quandoque eveniſſe, præter alia, inſigne exemplum eſt in Saluciarum Marchione, qui porcanam puellam, quam in venatione inter ſylvas offenderat, in uxorem duxit, Sylvius *lib. 1. Epiſtol. 45.*) *ad Comitia nec vocandum, nec ſententiæ dicendæ jus eidem attribuendum?* Cui tamen acriter
ſe oppoſuit Schubhard. *de Auſt. regiis th. 3. lit. h.* Utriusq; nunc non pon-
65. dero argumenta, diſſertationi de comitiis ea reſervo.

Habitationis, ſeu loci domicilii intuitu, regula cum exceptione ſuâ, hæc eſt: Welcher auß freyem willen in einer Statt ſitzet / Stewer vnd Wacht giebet / oder beampt / vnd daß zu thun verbunden iſt / ſo dann ingemeine ingeſeſſene Burger zuthun ſeindt / die ſollen zum Thurnier nicht eingelaſſen werden / Füget ſich aber daß einer Schirm auß notturfft geſuchet / oder ſuchen muſte / deß ſoll er nicht entgelten. Welcher auch vom Adel zu einer Statt beſtellet iſt / vnd ſich nicht weiter verpflicht oder handelt / dann dem Adel zuſtehet / der ſoll auch zu dem Thurnier nicht abgeſtrickt werden. Hujus ſanctionis prius membrum ne patritiis Civitatum Nobilibus obſtet, plerunq; Imperatores expreſſis verbis, in diplomatibus ſuis cavere ſolent, hoc ſenſu: Vnnd haben darumb mit wohlbedachtẽ muth / gutem Rath / eigener bewegniß vnd rechtem wiſſen / alle vnd jede mängel vnd gebrächen / ab deren durch nicht brauchen ſolches Adels vnd Standts / als fürnemblich / daß ſie vnd jhre nachkomen / in vnſer vnd deß Heyl. ReichsStatt N. wohnen vnd wohnen würden / vnd Burgerliche beſchwerdten tragen / oder anderer vrſachen halben / an gemeldten Geſchlechten ſamptlich / oder deren jeden inſonderheit / oder jhren Vorfahren erfunden / oder ſie von jemandt minder den Recht / Edelleut von jhren Vier Ahnfrawen gebohren / geacht / geehrt / oder gehalten werden / gäntzlich erſtatten vnd erfüllet / vnnd ſie recht gebohren Edelleut erkandt vnnd erkläret ꝛc. Erſtatten vnd erfüllen ſolchen gebrechen vnd mangel / erkennen vnd erklären ſie auch vor recht Edel gebohren / Confirmiren vnd beſtettigen jhnen auch ſolchen jhren Adelichẽ Standt / mit allen deſſelben Freyheiten / rechten vnd guten gewohnheiten / alles von Römiſcher Kayſerlicher Macht vollkommenheit / wiſſentlich / in krafft dieſes Brieffs. Ita habent verba Diplomatis Caroli V. patritiis quibusdam tredecim familiarum diverſarum dati, Kyllinger *diſcurſ. de*
66. *Ganerb. Caſtror. n. 103. p. 35.* Communiter videmus, Nobiles non ſolùm
in Germaniâ, verùm etiam in Galliâ civitates averſari, ruriq; potius Lares

& domicilium sibi constituere. Cujus si quis causam à me requirat, præter modò relatam legem, duplicem dare potis sum. Una est Tiraquell. *de Nobil. c.2.n.61.* quando scribit, Nobiles libentiùs ruri morantur, quàm in Urbibus. Illic enim sibi Reges esse videntur, dùm adorantur à suis villicis, & aliud id genus rusticis, quibus leges, quas volunt, imponunt, præscribunt, jubent, vetant, quod videbitur. In oppidis autem & Urbibus, solent habitare plurimi mercatores, aliiq; admodum opulenti, quos non adeò sibi obedientes tantumq; honoris impertientes essent habituri. Nam ut scribit Theophil. Alexandrin. *lib. pasc. 3.* Divitiæ in urbibus nobilitati præferuntur. Altera, quæ paulò accuratior, est d'Estienne Pasquier. *liur. 2. des recherches de la france chap. 15. p. 163.* *Ceux*, inquit ille, *qui se veulent dire estre à bonnes enseignes Nobles, laissent les villes, pour choisir leurs demeures aux champs, tant al' occasion de ce que la plus grande partie de nos fiefs y sont assis, les quels estoit seulement permis aux Nobles, & gens suivants les armes de posseder; qu' aussi que pour ce moyen ils pensent se garentir de toutes opinions qu' on pourroit avoir d' eux, qu' ils pratiquassent ou trafiquassent dans une ville. chose qu' obscurciroit, la lumiere de leur Noblesse. Et à bien dire, entre toutes les vies qui approchent plus pres de la militaire en temps de paix, c' est la champestre*, id est: *Illi qui Nobiles dici vere volunt, relictis civitatibus domicilia sibi quærunt ruri, tùm quod maxima pars nostrorum feudorum ibi consistit, quorum possessio solis Nobilibus & militiam sectantibus permissa. tùm ut se immunes, & eximios hoc modo reddant, omni præsumptione & conjecturâ, quam quis posset de eis concipere, ac si in Civitatibus mercaturam exercerent, quæ ecclipsin horum Nobilitati superinducit. Et vera loquendo, inter omnia vitæ genera, quæ eum proxime accedunt ad militarem tempore pacis, campestris prima est & præcipua.* Idem placet à Pierre Matthieu *tom. 1. liur. 1. narrat. 5. del' histoire de Henry IV. p. 157.* *La vie champestre est la uraye uie d' un Gentilhomme au temps, que le Prince peut passer du seruice de son espée. Campestris vita germana est vita Nobilis eo tempore, quo Princeps ejus potest carere acinace.* Scilicet ruri corpus exercitiis, in civitatibus deliciis conservatur. Taceo, rus otium & vitia aversari, civitatem ea facilè admittere. Vtinam verò ubique hæc ruris innocui conspicua & hodie facies? Sane non paucis in Germania locis, totam immutatam meritò deploro, mecumq; omnes boni. Mutationi causam cum aliis dedit, licentiosus cœnipetarum (vernacule Wirtshäuser/ Zapffenbuben audiunt) appetitus, indies alienis inhians quadris. Huj⁹ effect⁹: ingurgitationes, ebrietas, blasphemiæ, adul-

Tertiò eandem subeunt censuram illi, qui mercaturam exercent. Alle die vom Adel Kauffschläge vnd händel treiben/oder mit jhnen zulegen/ als andere gemeine Kauffleute vngefehrlich/ die soll man straffen. 70.
Hujus loci est decantatam illam attingere quæstionem, An mercatura Nobilitati conveniat? Quâ in re miram, etiam uni' ejusdemq; regionis gentium, licet deprehendere varietatem. Etenim, *i Napolitani, & i Lombardi ni una cosa stimario più contraria alla nobiltà, che'l fare alcun essercitio mercantile; dalquale dicono doversi gli huomini nobili astenere, come da cosa che possa macchiare la candidezza della Noblitá. All' incontro, i Venetiani, i Fiorentini, & i Genovesi, indifferente mente esercitinano la mercatantiá, in modo che i più nobili tra loro sorio peril più mercatanti di maggior* facende: Paruta della perfettione della vita politica *liur. 3 p. 3. 52.* h.e. *Neapolitani & Lombardi nullam rem magis contrariam reputant Nobilitati, quàm qualem qualem exercere mercaturam, à quo dicunt Nobili abstinendum, tanquam à re, quæ posit commaculare candidam puritatem Nobilitatis. E contrario Veneti, Florentini & Genuenses, indifferenter mercaturam exercent, eo modo, ut magis inter ipsos Nobiles majores sint mercatores.* 71.
Rationem & modum, ex parte suppeditant leges novæ Reipubl. Genuensis *c. 3 p. 4.* ubi ita legitur: *Angustiæ loci & hominum multitudini, ac regionis sterilitati compatientes; ipsius deniq; civitatis antiquum morem maturè considerantes, declaramus, artes infra scriptas, si modò quæ infrà exerceantur, nihil præjudicare Nobilitati* Artes scil. serici, lanæ & pannorum, quas vulgus scateriam, lanariam, pannariam, & Draperiam vocat. Eâdemq; ratione artem eam quâ quis merces omnium rerum in magnâ quantitate, & non minutatim vendendas in officinâ aliquâ retinet, qui linguâ maternâ *Fondaghieri all' ingrosso* nuncupantur; dùm tamen Nobiles ipsi, neq; eas propriis manibus exerceant, neq; in apothecâ resideant &c. 72.
Patriæ nostræ quod attinet morem, de eo præter Guicciardin. *in descript. Belgij p. 103.* hæc habet Cluverius *lib. 1. antiq. German. c. 18. p. 159.* Mercaturam Nobilitas Germanica nullo seculo exercuit, nisi hoc postremo; quo jàm pleraq; majorum præclara instituta in pessimos mores abiverunt Quanquam ne hodiè quidem omnibus, per universam Germaniam Nobilib. decorum est id studium: sed iis tantùm qui exteris provinciis circà Rhenum, ac Danubiũ, Alpesq; contermini. Apud reliquos Nobilitatem, ut olim, nunc etiam amittere censetur, qui negotiatione ut re servili, & liberali, ingenuoq; ac generoso animo minimè digna, sese contaminat. *Le semblable* (verba sunt Stephani Pasquierii *de recherches de la France liur. 2. chap. 15. p. 163.*) *auons nous garde religieusement en France, entre les Nobles: tenans non seulement pour chose indigne d'une Noblesse, mais aussi estre fait acte derogeant au privilege d'icelle,* 73.

lors

lors que l' on en trouue aucun, an lieu del' estat de la guerre exercer un estat mecaniq., ou bien faire train d' une marchandise, c' est à sçavoir, en achetant quelques denrees, pour puis apres les debiter à son profit. id est: *Consimile religiose observavimus in Galliá inter Nobiles, existimantes non solùm rem indignam Nobilitate, verùm etiam derogantem privilegiis ejusdem, quando aliquem deprehendimus in vicem militiæ exercere artem Mechanicam, aut mercaturam; hoc est emendo aliquid mercium, easq; posteà lucri causâ vendendo.* Verùm enimverò cùm judicia hæc gentium diversa admodum sint, proindeq; in consonantiam amicabilem redigi facilè nequeant, videbimus quid alii hac de quæstione ex jure civili constituant. Communiter autem adducere solent *l. nobiliores.3.C. de commer.*
74. *& mercat.l.6.C.de dignit.lib.12.l.12.C. de cohortal. d.lib. l un.C.negotiator.ne militent.eod.lib.l.44.§.1.ff. de ædilit.edict.* Quibus textib. & aliis consimilibus, sibi persuasum habent probari, exercitium mercaturæ Nobilitatis officere splendori, & solum *il mestier della guerra, l' essercitio delle armi esser i veri traffichi, le propriè mercatantie delli genti Nobili;* artem militarem & exercitia armorum esse veram mercaturam Nobilium. Boccalin. *cent.2. ragguagl.di Parnasso 39.p.218.* Sed ut ingenuè dicam quod res est, nunquam ego his, aut aliis potui induci, ut crederem, Nobilitatem per quodlibet exercitium mercaturæ splendoris sui pati Eclipsin. Est enim illâ nihil humanis in rebus conducibilius, quæ omnia ad
75. victum, ad cultum, ad præsidiũ, ad delitias deniq; vitæ pertinentia comportat, ut fiant quodammodo cunctorum cuncta communia: Cæl. Rhodig. *antiq lect.lib.26.c.5 p.992.* Pollet ista plurimum comparandis Regum amicitiis, ac Barbarorum gentibus conciliandis: rerumq; peritiam excellentem affert: Idem ex Plutarcho in Solone *lect.antiq.lib.16.c.8.p.594.* substituta compensandæ rerum penuriæ *l.1.ff. de contrahend. empt.* Interdictum quidem agnosco Nobilitati, I. perniciosum urbibus mercimonium *d.l.3.C.de commerc.hoc* est, tale, quando opibus & potentiâ suâ commerciorum totam utilitatem ad se trahunt, atq; ita plebejos & infirmiores negotiatores opprimunt. *d.l.3.* Quam rationem maximè urget Theodosius Imp. apud Zonaram *tom.3.* ad uxorem hoc se convertens sermone: *Cum me DEUS Imperatorem designarit, tu me mercatorem facere contendis. Scito autem mercaturam privatis hominibus esse concessam ut eum tolerandæ vitæ modum habeant: quod si nos præter Imperij opes, etiam mercaturæ emolumentum interceperimus, undè nam subditi victum comparabunt?* Quod uti æquitate summâ nititur, ita in fraudem ejusdem acturi essent Nobiles, si ipsi per se hoc intermittentes mercimonium, nihilominus per alios, uxores etiam, idem exercere conarentur, *arg.l.un.C. quibus ad conduct. prædior.*

prædior fiscal. lib. 11. l. 2. §. 1. ff. de administr. rer. ad civit. pertinent. Niellius *disp. feud. 2. th. 6. lit. 8.* Wehner. *in observat. practicar. verb.* durch sich selbsten/ 77.
oder die seine. *p. 112.* Bocer. *de regal. c. 2. n. 56.* II. Nobilitatem obnubilare fateor ultimam negotiationem. *d. l. 6.* hoc est vilem. *d. l. 12.* & ad turpe lucrum factam *d. l. 44. § 1.* Qualem exercent propolæ, (qui mercantur à negotiatoribus majoribus, quod statim minutatim revendant, qui nihil proficiunt, nisi admodùm mentiantur: Bodin. *lib. 3 de Republ. c. 8. n. 360.* Hilliger *ad Donellum. lib. 8. c. 6. lit. i. circa fin.*) mangones &c. Veteres tamé, ut obiter hoc addam, distinguebant mercaturam à mangonio, *l. 207 ff de ll s.* Turneb. *advers. lib. 16. c. 5. p. m. 524.* Hos extrà, & consimiles casus (Keckerman. *1. politic. 14. p. 243.*) nullâ lege exprimitur. *che'l guadagno con le mercatantia per se sia riputata cosa vergognosa, il rubbar con le armi per altri sia creduto essercitio honorato*; quòd lucrum mercaturæ per se sit æstimatum, res pudorem alterius gravans, latrocinari autem armis, habeatur exercitium honorabi- 78.
le: Boccalin. *d l. p. 220.* Et ut ex multis pauca delibem, *des choses qui nous sont provenües de nostre creu le commerce ne nous en fut ongues defendu*: harum rerum, quæ ex nostri agelli proventu nobis obtigerunt, commercium nunquam fuit interdictum. Estienne Pasquer *dd. p. 165. c. ejciens. 88. distinct.* Hierôn. à Laurentiis *decis. 14. n. 7.* Cravetta *consil. 549. n. 9.* (ubi ex Guidone Papa subjicit, nobilitatem non perimi, quando quis prædia manibus suis excolit) & alii allegati à Knichen. *part. 2. de vestiturar. paction. c. 4. n. 110.* ac nemo nisi absurdus Euricles, vitio vertere poterit Nobilitati, mercaturâ publicæ annonę subvenienti *arg. l. 5. §. 3. ff. de jur. immunit.* & necessitati, aut tempori 79.
quandoq; servienti: Curtius Brugens *lib. 2. conjectur. 19.* Videmus prętereà in plerisq; Germanię locis nobilibus nonnunquã investiturâ, aut privilegio concedi, Brawhauß/ item Maltzhauß/ Schenckstett/ Schenck-Recht/ Knichen. *de pact. vestitur. part. 2. cap. 4. num. 101.* undè si iidem non solùm coquant pro familiâ suâ cerevisiam, sed & eam aliis divendant, dùm jure suo utuntur, nulli injuriam inferunt. Rauchbar. *quæst. 27.* nec nobilitati suæ ullam accersunt maculam, Myns. *decad. 15.* 80.
responsi. quæst. 3. n. 77. In Principibus tamen aliud obtinere innuit Imperator Rudolphus II. in scripto quodam ad Henricum Julium Ducem Brunsuicensem de dato 4. Aug. an. 1579. (extat apud Goldast. *tom. 2.* der Reichssatzung. *p. 316.* Et im Erstentheil gerichtlicher acten der Statt Braunschweig Huldigung betreffent *p. 82.*) ubi inter alia infit, bey Fürstlichen Ständen/ vnd Wesenspersohnen/ sey das Brauen zu feylen kauff/ vñ dergleichen Handlungen/ nicht allein vngewohnlich/ sondern auch etwas

Berlichius *decis. aurea 31.*

was verkleinerlich, Sanctiùs planè est, ut Pertinax voluit, authore Capitolino, inopē Remp. obtinere, quàm ad divitiarū cumulum per discrimen atq; dedecoris vestigia, pervenire. Notent, hoc Principes, juxtaq; ipsorū collaterales, ne si quid contrà agant, aut agi patiantur, nundinatione illicitâ famę suę Majestate hastæ & auctioni subjiciant venalem. Egregiè Tiberius Cęsar apud Tac. 4. *Annal.* Cæteris mortalibus in eo stare consilia, ait, quid sibi condicere putent: principū diversam esse sortem, quibus pręcipua rerū ad famā dirigenda. Atq; quod generaliter hactenus de Principibus diximus, id rectè, & fortiori quasi ratione, ad Ecclesiasticos ejusdē ordinis refert Heigius *part. 1. quæst.* 4. *n.* 25. Illud verò in-
81. dubitatum est, politicâ circumspectione legem hanc fornicamentorum excogitatam. Cùm enim mercaturam exercentes pacē propter comercia expetant: Nobiles contra Bellonā patronam habeant sapientissimis legislatoribus placuit, distincta hæc distinctis concedere personis, pręsertìm cùm viderent *che' l'essercitio della mercatantia odiosi rendea i dispendij della guerra, è disarmava le mani di quei che vi applicavano l'animo*: quod exercitiū mercaturæ in odium vocet belli dispendia, & exarmatas inbellesq; reddat manus eorū, qui ad eam animū adjecerunt suum. Bocalin. *d. l.* 219. Eodemq; ex fundamento, Sigismundus
82. Rex Polonię, referente Keckerm. *d. p* 243 nonnullis Nobilibus potentib. jus negotiandi, respondit oportet me in regno habere triplex genus hominū nempè rusticos, qui agrū colāt; Mercatores, qui necessaria importent & exportent. Et denīq; Nobiles, qui me & Patriam defendant, quæ defensio patriæ cùm per se ardua sit, & cū aucupio lucri ac quæstus vix consistere possit, nolim generosa pectora patriæ defendēdæ nata, mercatorum negotiis implicari: aut si hoc cupiant, permittant mercatores in suum locum succedere, & patriæ defendendæ curam suscipere.
83. *Quarto* artificium manuarium exercentes. Per exercitium enim artium vilium Nobilitati derogatur: Bon. de Curtili de *Nobilit. part. 4. ...* Socin. *consil.* 246. *lib.* 2. Felin. *in c. super eo vers. secunda qualitate de testibus*, junge Picoloim. *grad. 5. philos. moral. c. 51. p. 321.* Per exercitium
84. dico, ratione quæstùs. Scientia enim eorundem, ut et exercitium, recreationis ergò, nec in illustrissimis quidem improbatur personis. Fabius de Anna *consil.* 54. *num.* 8. *cum seqq.* Calipha Al Ghabassi hanc sibi olim religionem indicebat, ut nullum usum caperet, vel cibi vel potùs, aut vestitus, nisi ex manuum suarum labore. Erat verò artifex storearum, & tegetum elegantissimarum, quas sigillo proprio notatas in forum vendendas, præcipuis ministris suis tradebat, eas verò magnates

terræ

terræ emebant, illiusq; quæstus pecunia ipse sibi victum parabat: Itinerarium Beniamini. Sed pertinet hoc ad illa, quæ perquàm nimiæ diligentiæ adscribit. *l. 6. in fin. ff de bon. damnator.*

Sunt præterea & alia delicta, quæ nobilitati in torneamentis decertandi adimunt licentiam. I. Hostis Christianæ religionis, juxtáq; hæreticus ad torneamenta non admittitur, alle die wissentliche Verkehrer deß Glaubens seind / oder Ketzerey treiben. Hujus ratio est I. hæreticorum infamia. *l. 1. §. 1. C. de summ. Trinit.* eaq; non facti, ut voluit Bl. *in l. 1 C. de summ. Trinit. n. 5.* sed juris *auth Gazaros in pr. C de hæret. l. 54. C. Theodos. eod. t.* II. cùm ipsis interdicta conversatio & commercium *c. omnis c. quæ dignior. 24. q1.* III Quia hæretici à militia omni arcentur. *l. 8. § 4. l. 5. d. l. C de hæret.* Erbid Welenb *n. 6.* Quæ omnia justissimo religionis Zelo constituta ab iis, quos clàm non erat, illud quod in religionem divinam committitur in omnium ferri injuriâ. *l. 4 §. 1. C. d. l.* summamq; eandem eam esse rationem, quæ pro religione facit. *l. 43. in fin. ff. de religios. & sumpt. fun.* 85.

II. Qui contrà Cæsaream Majestatem & Imperium peccavit; hoc est, ut verbo dicam, qui crimen læsæ majestatis commisit, vel in Imperatorem, vel in Imperium *l. . § 1. l. ult. ff ad l. Iuliam. Maj. l. 8. §. 2. C. de regulis Nov. 117. c. 8.* Nemo autem negare poterit his rectè insusurrari, quod in decreto Conradi I. Imperatoris in Concilio Althaimensi, de An. 916 apud Goldast. *tom. ... constit. Imper. p. 120.* legimus: Erchingerus quandoquidem cum sociis vitæ Regis, Domini sui, & Christi Dei insidiatus est, à classibus Reip. armorumq; exors esto. 87.

III. Qui homicidium commisit dolosum, puta proæreticum, animo deliberato &c. Welches er mit rechtmässiger entschuldigung nit außführen kan, ut loquitur Carolus V. in der peinlichen Halßgerichts-Ordnung *artic. 137.* vide omnino Nicolaum Vigeliũ *in constitut. Carolinis publicor. judicior. c 7. p. 251. & seqq. ubi.* fusiùs demõstrat, quæ homicidia legibus permissa. Quibus adde homicidiũ auff den Thurnierẽ vnd Fechten &c. commissum, quod & ipsum impunibile: Gilh. *arbor. judic. crimin. c. 2. tit. 12. n. 46* * Wehner. *in observ. pract. verb.* Thurnier *p. 632 per l. 7. §. 4. ff. ad l. Aquiliam,* (ubi elegans hæc redditur ratio: quia gloriæ causa, & virtutis, non injuriæ gratiâ videtur damnum datum) & authoritatẽ Platonis. *8 de ll p. 643. l. E* sancientis si quis cęde involũtariâ in his certaminib. morietur, qui interfecit, secundùm legẽ expiatùs mundus sit imposterũ. 88.

* Consuetudo est Bononiæ, quod pueri concertant saxis inter se, ideo non ponitur homicidium, quod sequitur ex tali concertatione: Petr. de Anchor. *Consil. 23. per tot.*

Putare enim debet legislator paucis ita mortuis hominibus, cæteros non deteriores futuros. Malè verò Accursius *in d. l. 7. & ad l. bello amissi. ff. de excusat. tutor.* id quod in *d. l.* bello amissi & *princ. Instit. de excusat. tutor.* de bello amissis liberis prædicatur, ad eos, qui in pancratio, aut collucratione, ad imitationem veri belli composita, pereunt, extendere videtur. Emanuel Copta *ad l. qui duos. §. cùm in bello ff. de reb. dubiis verb. periisse. n1.*

91. IV. Qui latro, pirata, prædator vel sicarius.

92. V. Qui adulter & mechator. Licet de jure civili adulter infamis non sit antè sententiam, *l. 2. § 2. ff. de his, qui notant infam. l. 14. ff de testib.* Ludovic. Roman. *singular.* 825. Freher. *de famâ & existimat. c. 16. n. 1. & 6.* attamen optimâ ratione ab exercitiis hisce exulare, nondum licet condemnatus, condignisq; aliis pœnis aflici debet. Omne enim matrimonium incertum relinquitur, si in tantâ reverentiâ sine aliquo terrore peccetur, scribit Cassiodor. *lib. 5. ep. 32.* Utinam verò & deplorato hoc seculo, nostris de Germanis illud, eâ qua scripsit Tacitus veritate, prædicare possimus: Paucissima in tàm numerosâ gente adulteria. Sed proh dolor! quanta mutatio! Majores nostri mixto sexu, ad pubertatem usq; & ætatem nubilem totum corpus nudi, aut magna parte incedebant, animo adversus libidinem cæci (quod in Christiano requirit Tertullian. *in apolog. advers. gent. c. 46. p. 583.*) nunc fere sola Germania inter Europæos, non brachia modò, & lacertos, sed omnem pectoris partẽ tegit; nuditatemq; hic in aliis gentibus miratur & abhorret; non tamen rara. Venus illicita, non rara adulteria. Cluver. *lib. 1. German. antiq. c. 19 p. 173.* sic nempè ubi animus corruptus est, ne quicquam vestis tegit, quæ ille appetit.

93. VI. Qui templa expilavit: Gravitas hoc postulat delicti, quod furto aut fornicatione majus, comparatur crimini læsæ majestatis: Foll. *in pr. crim. c. 17. n. 1. & seqq.*

94. VII. Qui viduas, & pupillos deprędatus fuit, & molestiâ affecit. Pertinet enim cura miserabilium personarum generosa ad pectora, & maximè ad Equites. *Gloss. jur. Saxon. lib. 1. artic. 20 in pr.* Ein Ritter soll schweren den Eyd / daß er den Tode nicht förchten wolle / zubeschirmen Witwen vnd Waysen / vnd da es sich zubeschirmen gebühret. Et in specie Equites Hierosolymitani inter alia jurant, daß sie die Witwen vnd Weisen wollen helffen verteidigen vnd versorgen. Rauch Wolff *c. 20.* der Reiß in die Morgedländer *p 639.* Favor harum personarum maximus; utpote in numero miserabilium constitutarum. *l. un. C. quando Imperator inter*

ter pupillos &c. & fidei ac protectioni Principum sollicitè commendatarum, *Exod. 22. vers. 13. Es. 1. vers. 23. Zach. 7. v. 10.* nullo discrimine inter pauperes & divites constituendo, ut rectè contrà Marcum de Mantuâ *singul. 34.* Marantam. *p. 4. dist. judic. 9. n. 195.* statuit Hilligerus. *ad Donell. l. 17. c. 20. lit. B.* secutus Gail. 1. *observ. 1. n. 40.* Martam *de jurisdict. p. 2. c. 21. n. 6. &c.* An verò sub verbis, Wittib vnd Waysen / etiam monasteria, Klöster vnd convent comprehendantur, vid. negant. Meisner. *tom. 1. part. 1. decis. cameral. 46. p. 761. & 789.*

VIII. Qui prodidit Dominum suum, eumq; deseruit in castris, & militiâ. Ex Juris feudalis interpretibus habemus, Vasallum feudo privari, & qui prodidit c. 1. an ille, qui interfecit fratrem Domini sui, Vulteius *l. feud. 11. n. 35.* & qui Dominum probrosè in acie deseruit licet Dominus salvus evaserit. per *l. 3. §. in bello. 15. ff. de re militar.* Hottoman. *disput. feudal. 5.* Duaren. *de F. c. 14. n. 4.* non obstante *§. fin. d. l. 3.* uti nervosè explicat Dn. Suevius in *tr. feudal. c. 6.* Hûc pertinet ordinatio Caroli Magni *artic. 65.* Quicunq; ex eis, qui beneficium Principis habent, parem suum contrà hostes communes in exercitum pergentem dimiserit, & cum eo ire, vel stare noluerit, honorem suum perdat Nec non rigidissima Gallorum casca lex, per quam le dernier des chevaliers & Nobles, qui s'trovoit estre arrivè a l'assembleé de guerre., estoit pour exemple public de sa paresse exposé au dernier supplicè: ultimus Equitum & Nobilium ad bellicos congressus adveniens, ad exemplum publicum propter negligentiam ultimo addicebatur supplicio. Estienne Pasquier *liur. 1. de recherches de la France liur. 1. chap. 1. p. 4.* von dem / so von seinem Herrn auß dem Felde geflogen / loquitur etiam *artic. 116.* der Reutterbestallung zu Speyr auffgericht / *Anno 1570* 95.

IX. Qui auctor fuit datæ in prælio fugæ. Fuga enim Viris Nobilibus ac strenuis ignominiosa semper fuit judicata, & timidis potiùs muliercululis, quarum est turpia terga dare, conveniens: Tiraquell. *de Nobilitat. c. 2. n. 35. & seqq.* Undè in Galliis per legem ab Henrico III. latam *és Estas de Blois artic. 290.* relatam in Codice ejusdem *liur. 20. t. 28. l. 41. Ceux qui abandonnent l'enseigne au combat, sont degrades des armes*, & declarez ignobles, & comme roturiers *assis, & imposès a la taille*: *Illi, qui signa derelinquunt, seu vexilla, in pugna actu, privantur nobilitate & declarantur ignobiles, & adinstar plebeiorū omnibus subjiciuntur vectigalibus. In imperio nostro quid in rerum obtineat argumentū*, clarescit ex Reutterbestallung zu Speyr / *Anno 1570* auffgerichtet / *artic. 6. ib.* Da einer im Feld von seiner Fahnen fliehen / oder sonsten heimlich oder of-

Hinc cùm Gemes, Selini Turcarum Regis frater, Romæ à Pontifice Alexandro interrogaretur, pòst multos ictus, ecquid ipsi placerent ludicra hæc belli simulachra: Sancte pater, inquit, si seriò hoc fit, parùm mihi esse videtur; sin joco, possit etiam id nimium esse: Panciroll. *d. l.* Atque ex his & ejus farinæ aliis colligunt Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 26. syntag. c. 1. n. 13. & & lib. 48 c. ib. n. 4.* nec non *lib. 39 c. 5. n. ult.* Wehner. *in observ. pract. verb.* Thurnier/ Salmuth *in not. ad. d. loc. 20. Panciroll. p. 585.* Danæus *de ludo alea c. 3. p. 46.* torneamenta meritò in usu esse desiisse, immeritoq; revocanda ab aliis censeri. Hos contra nostra stat assertio, tùm propter superiùs enumeratas utilitates, tùm propter expositas à Münstero *d. lib. 3. c. 454. p. 898.* Cuspiniano *in vitâ Henrici Aucupis pag. 296.*

Joanne à Schallenberg apud Goldast. *part. 2. constit. Imper. p. 305.* Parthenio litigioso *lib. 2. c. 6. n. 29. p. 346.* Kirchner. *d. orat. 25. per tot.* tùm propter commune Nobilium votum, quorum pectora virtuoso sanguine incalescunt: Et rectè Pfeil. *consil. 202. n. 105. cent. 2.* existimat hastiludia solennia præscriptione non deleta, quin in observantiam & ordinem redigi queant. Allegatur à Knich. *part. 2. de vestitur. pation. c. 4. n. 99.* Nec verò quæ pro affirmativa adducta, tanti momenti æstimo, ut propterea
133. vadimonium deserendum statuam. Quanta enim differentia inter gladiatorios istos & nostros ludos sit, patet ex Saturnalibus sermonibus Lipsii & Hieronymi Mercurialis *lib. 3. de arte gymnastic. c. 4. p. 142.* ubi gladiatores artem plurimis absurdis plenam exercuisse probat, cùm inquit: *illud primùm detestandum planè habebant, quòd certantes quàm graviùs poterant sese ferire studebant, & non solùm contusiones in luctationibus patiebantur, sed etiam non rarò usq; ad alterius, vel etiam amborum pugnantium interitum certamen prætendebatur. Quin auctor est Gellius, gladiatori composito ad pugnandum, pugnæ hanc propositam sortem fuisse, aut occidere, si occupavisset, aut occumbere si cessasset, ut illud verum putare debeamus, quod M. Tullius 2.* Tuscul. quæst. *memoriæ mandavit, athletas etiam vulneribus confectos ad Dominos mittere solitos, qui quærerent quid vellent, si satisfactum iis esset, se velle decumbere; Secunda turpitudinis species, quâ monamachiæ hujus professio notabatur, fuit ciborum genus: siquidem Plin.* lib. 17. c. 1. *prodidit memoria, gladiatores hordearios vocatos, quia antiquitus hordeo victitabant. sicut post Plinium Galenus eosdem faba & phisana vesci solitos scriptum prodidit. Tertium gladiatorum abominandum institutum erat, in ipso certamine sanguinem ex vulnere adversarii bibere, tanquam is ad confirmandum animum & vires efficaciter conferret, nec non pòst pugnam cinerem pro medelâ potare,* quod retulit Plin. *lib. 28. c. 1. & lib. 36. c. ult.* Itaque de his præclarè admodum à Cypriano *lib. 2. epist.* declamatum est: *Paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet. Impletur in succum cibis fortioribus corpus, & à ruinatoris membro moles robusta pinguescit, ut saginatus in pœnam cariùs pereat. Homo occiditur in hominis voluptatem, & ut quis possit occidere peritia est, usus, ars est, scelus non tantùm geritur, sed docetur: quid potest inhumanius, quid acerbius dici? disciplina est ut perimere quis possit, & gloria est, quod peremit.* In torneamentis autem nostris diversa omnia, proindè meritò quoq; à jure civili approbata arg. *l. solent 2. §. 1. ff. de aleator. l. 1 C. eod.* tanquam nihil commercii cum cruentis spectaculis & monomachiis vetitis habentia: vid. Gomes. *de potestat. in seipsum. lib. 2. c. 11. n. 8. & seqq.*

Cædes

Cædes enim, & homicidia, si quæ hisce in ludis perpetrentur, ex accidenti sunt, casu fiunt, & quidem ab eo, qui rei licitæ operam navat. 133.
Undè, ut, suprà diximus, circumspectè ab Imperatore sancitum, ne in ludis hisce quisquam equo mordaci, calcitroso, sternaciq; uteretur. Ut quilibet ita aptata omnia sua arma haberet, ut nemini illa nocere possent, aut extantibus acuminibus præacutisque extremitatibus lædere quemquam valerent. Absit verò, ut ea, quæ propter bonum ac licitum facimus, si quid per hoc præter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domestica, & agrestia sunt habenda, ne quis eis vel se, vel alterum interimat; nec arbor, aut restis, ne quis se inde suspendat; nec fenestra facienda est, ne per hanc se quisquam præcipitet *c. de occidentis 23. q. 5.* Augustinus *ad Publ. ep. 154.* Nec venatio exercenda, ex quâ quandoq; mors: Arnisæus *de jure Majest. lib. 3. c. 5. n. 8. p. 536.* nec pugillatus, approbatus tamen tam jure civili *l. 4. in pr. ff. de his qui not. in fin. l. un. C. de athletis lib. 10. l. 5. C. quæ res pignori* quàm privilegiis Imperatoriis, uti verba illa: Auß Römischer Kayserl. May. Freyheit rc. quæ in primordio horum ludorum pronunciari solent, abundè testantur. Quibus positis & confirmatis ratio Pontificiæ sanctionis simul cum reliquis concidit & æquali nece perimitur. Quæ Clementem moverunt (torneamenta ut specialiter interdiceret, in facientium ea, vel id eis præstantium opem, consilium vel consensum, & illorum etiam, in quorum locis vel districtibus fierent, non prohibentium hoc cum possent, & illorum procedentes ad illa in domibus suis recipientium, vel commercium quomodo libet exercentium cum eisdem, personas excommunicationis, & in terras interdicti sententias promulgando, absolutione ab excommunicatione hujusmodi præterquàm in mortis articulo sedi Apostolicæ reservata) illa tam sacra visa fuerunt Johanni vigesimo secundo, ut ad illorum mutationem prono concederet pede. Testatur enim ille inter extravagantes suas *c. un.* quod *de torneamentis* posuit, non obstantib⁹ Clementis V. prædecessoris sui rationibus, se ad instantiam Philippi Regis Franciæ & Navarræ, & aliorum de domo Regia, nec non quàmplurium Magnatum & Nobilium, tàm in Regno Franciæ, quàm aliundè, sententias excommunicationis & interdicti, ex causis, & considerationibus rationabilibus in favorem torneamentorum, de fratrum suorum consilio revocasse. Fin- 134.
ckelthaus *in concluf. de jure sepulturæ conclus. 13. lit. C.* ut consonantiam inter Clementis & Johannis Pontificũ, constitutiones Constituat, textũ

C. 1. tit. de torneamentis de illicitis torneamentorum generibus accipiendum monet, quæ non virtutis, sed lucri fortè solius gratiâ instituuntur, & magis temeritatem, quàm fortitudinem præ se ferunt. *C. un. de torneament. in extravag. Ioh. XX.* verò interpretatur de torneamentis licitis, in quibus primariò virtus spectatur militaris, ad quam se exercent, qui hujusmodi certaminibus operam navant, undè & probantur in *constit.* Frid. Imper. *2. F. tit. 27. vers. si quis hominem.* Hactenus Finckelthausius.
155. Vellem sanè melius is accuratiusq;, quæ adduxit, perpendisset; Nunc postquàm censuram meritus, rationum nostrarum in eum pugna aciesq; dabitur. Illud in aperto est, collatione utriusq; textus, quæ torneamenta interdicto notârat Clemens, eadem Johannem interdicto sublato approbasse. At ea demum quæ virtutis militaris causâ suscipiuntur, approbavit Johannes, ipso hoc concedente Finckelthausio: Ergò, ni textui claro vim inferre idem voluerit, concedat oportet, Clementem quoque anteà, torneamenta quæ virtutis causâ ad exercitia militaria parata erant, reprobasse. Et si quod res est dicere amaverimus, nulla unquam fuêre torneamenta lucri solius causa à quoquam instituta, aut celebrata, nec in iisdem à quoquam lucri solius causâ decertatum. Adeò ut verissimè JCti verba *in l. 4. in pr. ff. de his qui not. infam.* mihi hîc liceat usurpare, decertantes in torneamentis artem ludicram non facere, virtutis enim gratiâ (addo etiam gloriæ *l. 7. §. 4. ff. ad. l. Aquil.*) hoc facere, & generaliter ita omnes opinari. Et undè quæso decertantibus in torneamento lucrum? non enim operam suam alii locant, in arenam dùm prodeunt? Ne hilum à spectatoribus, præter applausum exspectant: Nehilum ab aliis omnibus, brabeja, sive præmia si exceperis. At hæc virtutis sunt hostimenta, non lucra interdicta. Proindè etiam æquè ut olim coronæ sacræ, quæ Athletis in certaminibus datæ, virtutem non contaminant, sed ejusdem & calcaria sunt & fomenta, egregiis munita privilegiis *l. 40. ff. de re judic. l. 5. C. quæ res pignori oblig.* Quòd deniq; addit Finckelthaus Fridericum Imperatorem, *vers. si quis hominem 2. F. 27.* torneamenta, virtutis militaris causâ celebrata, probare, error est crassissimus. Nisi enim torneamenta cum duellis velis confundere, licentiâ absurdissimâ, ne apicem quidem unum dicto in capite de torneamentis reperies. Verba allegati versiculi hæc sunt: *Si quis hominem intra pacem occiderit constitutum, capitalem subeat sententiam, nisi per duellum hoc probare possit, quod vitam suam defendendo illũ occidit. Si autẽ omnib. manifestum sit, quòd non necessariò sed voluntariè illum occiderit, tunc neq; per duellũ neq; quolibet alio modo excusabitur, quin capitali damnetur sententia.* Nõ hîc de

torneа-

torneamentis, ut vides, Imperator quicquam determinat, sed duella admittit, non tamen indistinctè omnia: Sed illa demum, qua quis homicidii convictus, quod ipse pro defensione vitæ suæ patratum allegat, nec ejus contrarium patet, in purgationem objecti criminis, suæq; assertionis probationem, subire paratus est. Dato verò, torneamenta duella dici posse, generali tamen id erit in significatu. Imperator verò hîc non in genere omnia probat duella, sed unum quod speciale est. Torneamenta, si duella dici merentur, virtutis & gloriæ gratiâ suscipiuntur; Hoc quod Imperator probat duellum est non gloriæ, non virtutis militaris causâ suscipiundum, sed ad purgandum crimen & ad fidem faciendam judici. Duella verò à disparibus collectio, & elegans, si Diis placet, à specie ad 136.
speciem argumentatio. Illud omnium patet sensibus, torneamenta intrà centum, & quod ultrà excurrit, annos, non fuisse in usum & observantiam revocata, at intermissionis causæ non omnibus æquè cognitæ. Crusium *lib. 8. annal. Suevicor. part. 3. c. 21. p. 479.* qui sequuntur, & alios, has promiscuè agnoscunt I. nimios sumptus, nimiamq; magnificentiam, quibus multi exhausti fuêre Nobiles. II. Quòd nonnulli honore indigni & pœnas meriti, se munierint multis propinquis, sodalibus, clientibus: honestasq; equestris disciplinæ leges & statuta perfregerint, & sic impunè abierint. III. Dissensiones intestinas & varias difficultates temporum. IV. quòd in locum hastarum, magis jam sclopetæ bombardæq; successerint. Omnes tamen istas si ad trutinam revocaveris, magni non erunt ponderis, nec tanti, ut egregiæ disciplinæ non laxarentur modò, sed ferè rumperentur habenæ. Quicquid fuerit, benè monuit interim Principes nostros, Reinhardus Comes à Solms in Beschreibung deß Adels *fol. 7.* Daß sie widerumb dergleichen etwas anrichten vnd ordnen/ damit der Adel wider in Tugendt vnnd Adeliche Werck gedrungen vnd gebracht werde. Atq; hæc sunt quæ de torneamentis mihi videre contigit, quæq; tumultuaria authorum lectio suggessit: quibus ad calcem hîc superpondii loco adjicere placuit, elegantissimos Norici Vatis metricos lusus, rem totam perspicuè explicantes, petitos ex Matthia Dressero in der Sächsischen Chronic. *p. 100. & seqq.*

Eins Morgens in dem Meyen Taw/
Spatziert Ich durch eine grüne Aw/
Von leichten schönen Blümlein schwanger/
Auch sahe Ich Berg/ Waldt/ Feldt vnd Anger/
Von Laub vnd Graß als frisch vnd grün/
Wohlriechendt/ lieblichen vnd schön/

Mit dem Ich in dem Waldt retiret,
Lobt Gott der all ding hat orniret,
In dem sah Ich im Holtz vom weiten
Gemachsam einen Heroldt Reiten/
Jetzt Rit er für/ den hintersich/
Als Er aber erblicket mich/
Ritter mir zu / vnd bat mich/ das
Ich jhn weist auff die rechte Straß/
Gen Regenspurg/ Ich sprach/gar gern/
Gieng mit Jhm durch den Waldt gar fern /
Vnd fragte Jhn dar vnterwegen/
Von Fürsten / Adel vnd Reichstägen /
Deß Er mich sehr freundtlich bericht/
Ich sprach/ mein Herr/ eins mich ansicht/
Ich hab so viel bey mein tagen.
Von Thurnierenden hören sagen.
Im Teutschlandt gehalten vor Jahren/
Den grundt noch nie können erfahrn/
Wie/wo vnd wenn/wer vnd warumb/
Bitt Euch mein lieber Herr darumb/
Ein kleines mich deß bescheiden wolt/
Er sprach gar gern/ vnd Ich solt/
Auffmercken mit guter Ordnung/
Sprach der Thurnier hat sein Vrsprung
Als Kayser Heinrich guberniret,
Der erst das Römisch Reich regieret,
Nun als man zahlt Neunhundert Jahr/
Vnd Fünff vnd Dreyssig Jahr dawahr/
Von den Hunnis ein Krieg erwachsen/
Die verherten Thüringen vnd Sachsen/
Vnd andere anstöß dergleich/
Da gbott auff ein Römisch Reich/
Kayser Heinrich vnd bracht zusamm /
Ein grossen Reisigen Zeug mit Man
Sechstausendt Viertzig vnd Zweyhundert /
Waren ein Viertheil außgesondert/
Rheinländer/Bayern/Francken vnd Schwaben/
Dieser Vier Fürsten sie auch haben/

Als

Als Vier Hauptleut im Feldt verwalten/
Vnd sich so thewer vnd wolgehalten/
Daß sie ein groß Feldtschlacht gewonnen/
Nach dem die vbrig Feindt entrunnen/
Behielt der Kayser bey jhm sein Heer/
Beweiß jhm groß Tugendt vnd Ehr/
Weil so viel Adel in viel Jahren/
Vor nie zusammen kommen wahren/
Thet dem Kayser nach Ehren Dürsten/
Bat sein Hauptleut die Vier Fürsten/
Von Rhein/ Pfaltzgraff Conradt genandt/
Hertzog Herman auß Schwabenlandt/
Vnd von Beyern/ Hertzog Bertholdt/
Hertzog Conradt aon Francken wolt/
Daß die Fursten alle Vier/
Solten beratschlagen einen Thurnier/
Ein Adeliches Ritterspiel/
Das war geneigt in aller will/
Anzurichten in Teutschenlandt/
Der vor darinn war vnbekandt/
Welcher Thurnier in Gallia,
Engellandt vnd Britannia,
Vorlengst gewesen war im brauch/
Den gleich diese Vier Fürsten auch/
Auß Kayserlicher gewalt bewegt/
Setzten Erstlich Vier Thurnier Vögt/
Vier Adelich vnstraffbar Männer/
Wohnhafft der Vier gemeldten Länder/
Rheinstrom/ Beyern/ Francken/ vnd Schwaben/
Diese sampt den Vier Fürsten haben/
Auch einen Thurnier angeschlagen/
Mit aller Ordnung far getragen/
Sampt allen Aemptern vnd Freyheit/
Mit erwehlten platz vnd der Zeit/
Nemblich auß viel vrsach bewegt/
Wird in die Statt Magdeburg gelegt/
Der Thurnier als man zehlt wahr/
Neunhundert Acht vnd Dreyssig Jahr/

Am Son-

Am Sontag nach Ostern fein/
Solten da in der Herberg sein/
Fürsten/ Graffen/ Ritter vnd Adell/
So redlich from wahren ohne tadel/
Die wahren zu dem Thurnier stück/
Es wahren gesetzt Zwölff Thurnier stück,
Wer dieses eins hette gethan/
Wer Fürst/ Graff oder Edelmann/
Der solt in den Thurnier nicht einreiten/
Wolt aber einer in den Zeiten/
Einreiten vnd wolt darneben wagen/
Der wird hart im Thurnier geschlagen
Sein Pferdt ward jhm genommen zuletzt/
Vnd er wird auff den Schrancken gesetzt/
Weil man Thurnier zu einer Schandt/
Ich sprach mein Herr/ thut mir bekandt/
Die Zwölff stück in dem Thurnier/
Freundtlich der Heroldt Antwort Mir/
Wer Ketzerischen glauben hat/
Wer veracht Keyserlich Mandat/
Wer Frawen Schändt/ Schwecht eine meydt/
Wer Siegel felscht vnd schwert Meyneydt/
Wer Feldtflucht lest sein Herrn in Noth/
Wer seinen Bettgenossen ertödt/
Wer beraubt Kirchen / Witwen vnd Waisen/
Wer vnabgesagt thut Kriegen vnd Reisen
Wer newen Zoll / Maut vnd beschwerdt anricht/
Wer ohn ehe sitzt vnd ehe bricht/
Wer verkaufft/ Wucher vnd Wechsel treibt/
Wer nicht in Edlem Stamme bleibt/
Mit Heyrathen der sein Geschlecht/
Nicht von Vier Stammen Edel brecht/
Als sie nun den Kayser verlassen/
Ordnung deß Thurniers allermassen/
Hatte Er daran groß gefallen/
Vnd ruckt mit seinem Adel allen/
Von Angermündt auff Magdenburg zu
Vnd alßbald andern Morgen früh/

Allen

Allen Thurnier Zeug man beschawt/
  Alle gefehrlichkeit vorbeut man lauth/
Darinn doch kein angefallen Pferdt
  Kein spitzig noch schmaal Thurnier Schwerdt/
Der Thurnier Kolb sein maß vnd leng/
  Darnach erwehlt man auß der leng/
Acht Adeliche Ritterliche Menner/
  Vier Alt/ Vier Jung dieser Vier Länder/
Dergleichen Vier Frawen von dem Adel/
  Vnd Vier Witfrawen ohne tadel/
Dergleichen Vier Edle Jungfrawen/
  Die Helm zu theilen vnd zuschawen/
Sampt den Acht Rittern vnd Vier Heroldten/
  Vier Thurnier Vögt als die wolten/
Aufftrug man die Helm Allzumahl/
  Am Montag in ein weiten Saal/
Sampt jhren Kleinodien voran/
  Theten die Acht vnd Zwaintzig Persohn/
Ordentlich vnd fleissig besichtigen/
  Die Mißhändler thet man vernichtigen/
Auff diß erstmal schawet man daselbn/
  Zwey Taussent Ein vnd Neuntzig Helm/
Die Helm man alle theilet schier/
  Einzureiten in Vier Thurnier/
Die man hielt Drey Tag nacheinander/
  Darzu ordneten sie alle sonder/
Grießwerthel vnd dergleichen ein theil/
  Welche hielten zwischen den Seyl/
Die alle auß den Vier Landen wassen/
  Als man am Dienstag auffwarth blassen/
Ritt ein die erst Parthey daselm/
  Fünffhundert vnd Drey vnd Zwaintzig Helm/
Fürsten Graffen Ritter vnd Edel/
  An schönen Schmuck war da kein tadel/
Jeder mit seiner Farb vnd Kleineindt/
  Der Harnisch als ein Spiegel scheindt/
Bald man die Schrancken niederließ/
  Zu handt man widerumb auffbließ/

Da würden die Seyl abgehawen/
Das FrawenZimmer war zuschawen/
Auß allen Häusern mit verlangen/
Da wird der Thurnier angefangen/
Einer den andern thet empfahen/
Mit Kolben ward ein grosses schlahen/
Je baar vnd baar zusammen strichen/
In kecker manheit sie nicht wichen/
Als ob es wer in einem Kampff/
Daß jhnen allen der durst vnd dampff/
Auß der Helme viessier drang/
An allen Ort der Harnisch klang/
Von streichen ward ein laut gethöß/
Von Rossen ein trengen vnd gestöß/
Ein stampffen Rühln vnd getömmel/
Von jhnen allen war ein gebrommel/
Ein schlahen mit fechten hin vnd her/
Schaw obs ein rechte Feldtschlacht wer/
Wer thadlich war zum Thurnier/
Den schlugen offt drey oder vier/
Vnd theten jhn mit Kolben plawen/
Daß jhm sein leidt wohl möcht gerawen/
Thurnierten mit jhm vmb sein Pferdt/
Vnd felten den jhn zu der Erdt/
Setzten jhn darnach auff die Schrancken/
Wer von Rhein/Beyern oder Francken/
Würde Er zuschanden im Thurnier/
Nach dem aber auffbließ man schier/
Ihr Thurnier Schwerdt sie herfür zugen/
Erstlich Ritterlich zusammen schlugen/
Haweten einander Kleinodt ab/
Nach dem als man ein Zeichen gab/
Als man Thurniert hett auff zwo Stundt
Da giengen vff die Schrancken/ vnd/
Hat der Erst Thurnier sein recht endt/
Die andern drey wurden vollendt/
Am Mittwoch zween/ vnd fürter wird/
Am Pfingstag all löblich Thurniert/

Nach

Nach Mittag ward gerendt vnd gestochen/
Im hohen Zeug viel Spieß zerbrochen/
Darnach rustet man zierlich gantz/
Deß Nachts zu dem Abendt dantz/
Fürstin/Gräffin vnd Edle Frawen/
Liessen sich wohl geschmuckt schawen/
Den dantz hielt man mit grossen brenge/
An dem man außgab die vier däncke/
Den besten Thurnierern in die vier Landte
Auch gab man auß die dänck zu handte/
Den besten Rennern vnd den stechern/
Den Ritterlichen Speer zerbrechern/
Mit Ringen gar ein köstlich Krantz/
Ihr jeden sampt einem Vordantz/
Nach dem ließ man außruffen schier/
Auff einen künfftigen Thurnier
Vier ThurnierVögt tugendhafft Menner/
Vier Graffen der gemeldten Länder/
Nach dem dantz man in zucht vnd ehren/
Thet die halb Nacht damit verzehren/
So hat der Thurnier Hoff ein endt/
Zu morgens jeder heimwarts lendt/
Nahmen jhren Brieff sampt jhren Weibern/
Liessen sich ins Thurnierbuch schreiben/
Nach dem der Kayser thet begaben/
Die Fürsten von Rheinstrom vnd Schwaben/
Von Beyern vnd Francken alle Vier/
Hauptleut zu sein aller Thurnier/
Sie vnd jhr Erben der Vier Landt/
Daß hat auch gehabt festen bestandt
Daß jhn jhr Freyheit ist blieben
Daß sie alle Thurnier haben außgeschrieben/
Vnd haben auch all mal gehalten/
In den Vier Landen bey dem Alten/
Offt bald/ offt langsam wie mit fug/
Es sich mit gelegenheit zutrug/
Daß hat gewehrt/ glaub mir fürwar/
Fünffhundert Neun vnd Dreyssig Jahr/

Jch thet ein frag noch an den Alten/
Wie viel Thurnier man hett gehalten/
Da sprach Er zu mir Sechs vnd Dreyssig/
Erbath Jch den Heroldt gar fleissig/
Zu sagen doch/ in welchen Stätten/
Diese Vier Landt jhr Thurnier hetten/
Er sprach zu Magdenburg war der erst/
Wie gesagt der gröst vnd allerhertst/
Der ander Thurnier schön vnd sauber/
War zu Rottenburg an der Tauber/
Der dritte Thurnier war/ versteh/
Zu Costentz an dem Bodensee/
Der vierdte Thurnier war dißmahl
Zu Merßburg gehalten an der Sahl/
Der fünffte Thurnier zu Braunschweig wahrt
Gehalten ganz Fürstlicher Art/
So wardt gehalten der sechst Thurnier/
An der Mussel in der Statt Trier/
Der siebendt Thurnier ist erwachsen/
Auch an der Saal zu Hall in Sachsen/
Der acht Thurnier sampt den gestech/
Der wahr zu Augspurg an dem Lech/
Der neundt Thurnier auch ergieng/
Zu Sachsen in der Statt Götting/
Der zehendt Thurnier wardt bekandt/
Jn der Statt Zürch in Schweitzerlandt/
Der elfft Thurnier herrlich vnd fein/
Der wardt zu Cöln an dem Rhein/
Der zwölfft Thurnier vnd Ritterwerck/
Wardt in der Reichsstatt Nürmberg/
Von dem die Erbarn der Geschlecht/
Wohl mit Vierhundert Pferdt/ secht/
Dem Kayser geleitet gen Donawerth/
Die Er mit Freyheit hat verehrt/
Der dreyzehendt Thurnier war ein/
Der Statt Wormbs vnten am Rhein/
Der funffzehendt Thurnier vnd schaw/
War zu Regenspurg an der Tonaw/

Der sechzehendt Thurnier der wurd/
Gehalten am Mayn zu Schweinfurth/
Der siebenzehendt Thurnier Zwardt/
Zu Ravenspurg gehalten wardt/
Der achzehendt Thurnier gemein/
Wardt in Jngelheimb an dem Rhein/
Der neunzehendt mit Reverentz/
Wardt zu Bamberg an der Redentz/
Den zwaintzigsten thet man verbringen/
Am Necker in der Statt Eßlingen/
Der ein vnd zwaintzig war aussen/
Gehalten in der Statt Schaffhausen/
Der zwey vnd zwaintzigst von den Alten/
Wardt wider zu Regenspurg gehalten/
Der drey vnd zwaintzigst Thurnier spat/
Der war bey Rhein zu Darmstatt/
Da blieben Todt im Thurnier Schrancken
Neun Hessen vnd Sieben Francken/
Der vier vnd zwainzigst Thurnier Rhum/
Am Necker in der Statt Heylbrunn/
Der fünff vnd zwainzigst Thurnier genandt/
War zu Regenspurg im Beyerlandt/
Der sechs vnd zwainzigst nach Adels Art/
Der wardt gehalten zu Stutgart/
Der sieben vnd zwaintzigst Thurnier gut/
Wardt an der Jsel zu Landeshut/
Der acht vnd zwainzigst Thurnier in Schrancken/
War am Mayn zu Würtzburg in Francken/
Da wird Thurniers ordnung gemehrt/
Vnd viel grosse vnkosten gewehrt/
Der neun vnd zwainzigst mit Nahm/
Der war zu Mayntz an dem Rheinstrohm/
Vnder den Thurnier wardt der Dreyssigst/
Zu Heydelberg gehalten fleissig
Deß ein vnd dreyssigsten thet man warten/
Jn Wirttenberg zu Stuttgarten/
Der zwey vnd dreyssigst Thurnier hat/
Sein Platz g[illegible] zu Jngelstatt/

Der drey vnd dreyssigst hernach.
Gehalten wardt zu Onoltzbach/
Der vier vnd dreyssigst Thurnier.
War zu Bamberg mit grosser Zier/
Der Fünff vnd dreyssigst war der vierd/
Den man zu Regenspurg hielt mit würd/
Der sechs vnd dreyssigste der Letzt/
War gen Wormbs an den Rhein gesetzt/
Vnd gar herzlich gehalten war/
Als man zehlt vierzehenhundert Jahr/
Vnd sieben vnd achzig darzu/
So hast warhafft auff kurtzest du/
Alle Thurnier in Teutschen Landt/
Mit erster Ordnung obgenandt/
Auch offt gebessert vnd gemehrt/
Von Kaysern vnd Königen geehrt/
Von Fürsten/ Graffen/ Ritter vnd Adel
Welche wahren from vnd ohne tadel/
Heimgesucht wurden durch die Vier Landt/
Wann es war gar ein grosse schand/
Welcher nicht war Thurniers genoß/
War Er von Geschlecht vnd Adel groß/
Würdt Er doch von Adel veracht/
zu keinem Ampt vnd würden gebracht/
Zu allen Ehren gar verschmächt/
Fürst/ Graff/ Ritter vnd Edelknecht/
Hielt sich derhalben alles Adelich/
Ohn alle mackel rein vntadelich/
Da sie den rechten Adel trugend/
Der redlichkeit frombkeit vnd tugent/
Hielten sich Ehrenfest vnd Züchtig/
Daß sie zum Thurnier wahren tüchtig/
Zu dem Fürstlichen Ritterspiel/
Da jhn bracht Röhms vnd ehren viel/
Da sassens auff deß Adels Stul/
Der Thurnier war deß Adels Schul/
Der sie behielt in strenger zucht/
Gantz Teutschlandt bekam darauß frucht/

Wann

Wann es stundt vberal desto baß/
Weil der Adel so redlich waß/
Wie du dasselb wohl magst bedencken/
In dem theten Wir in Walde vns lencken/
Vnd kamen auff die rechte straß/
Dem Heroldt Ich dancksagen was/
Deß seinen hülfflichen gesprächs/
Von dem Thurnier vnd deß gestechs/
Nam vrlaub vnd von jhm abschied/
Gedacht mir/ Gott geb Ruch vnd Friedt/
Im Römischen Reich Einigkeit/
Daß widerumb auch mit der Zeit/
Durch Kayserliche Mayestat
Vnd Fürsten mit Zeitlichen Rath/
Werd auffgericht der Thurnier/
Daß bey Fürsten vnd Adels Zier/
Frömbkeit vnd Tugendt blüh vnd Wachs
Daß Wunsch Ich von Nürmberg Hanß Sachß/ rc.

CAPUT VI.

De Insignibus.

SUMMARIA.

1. Insigne pro armis.
2. Vtrum insignibus, an insigniis, rectius dicatur.
3. Ictis an Grammatices cognitio necessaria.
4. Valla plærisq; infĕsus: Ej9 epitaphiū.
5. Armorum nomine quid veniat.
6. Arma an pro insignibus recte dixerit Bartolus.
7. Wappen vox unde.
8. De origine insignium opiniones aliquot.
9. Authoris opinio.
10. Prima quæ insignia.
11. Qualia subsequentia.
12. Insignium descriptio.
13. Nobilia insignia quæ nam?
14. Celtarum quæ insignia nobiliora.
15. Insignia alia personalia, seu muneris, alia verò hereditaria
16. Spurii insignia paterna an gestare capaces
17. Insignia à nomine petita, Gallis armoiries qui chantent, qualia.
18. Insignia Alphonsi I. Regis Portugallīæ unde.
19. Insignia Ducis Angolismēsis unde.
20. Momarariorium unde.
21. Ducatus Mediolanensis unde.
22. Vnde Dominorū de Concii, & Perez.
23. Austriacorum unde insignia.
24. Vnde Ducum Brunsuicensium.
25. Insignia quadrata qualia.
66. Imperator ut concedat insignia.
27. Imperator an Imperii insignia aliī possit concedere.
28. Aquila parcissimè aliis cōmunicata.

29. Au-

Aures


Nter adjuncta Nobilitatis insignia sunt, seu arma, Wappen/Schildt vnd Helm / de quibus in præsentiarum mihi agere constitui. Virgilius insigne pro armis numero dixit singulari. 7. *Æneid.* Satus Hercule pulcro, 1.

Pulcher Aventinus, Clypeosq; insigne parentum
Centum angues, cinctamq; gerit serpentibus hydram.

Idem fecit Silius *lib.* 1. *Centum angues idem cælatum insigne gerebat in clypeo.* Nobis tamen pluralis communior est, & obliquo in casu popularius insigniis dicere quam insignibus. Reprehendit quidem Valla Bartolum, quod *insigniis*, pro *insignibus*, dixit, sed istas penulatorum argutias, nec Bartolus nec cœteri juris commentatores magnifecerunt, ut Baldus *in l. quoniam.C. de testam.* rotundè scripserit, JCtorum rebus magis, quam verbibus curam debere adhibere legesq; Prisciano non subjacere. Disputat alicubi Albericus Gentilis JCto Grammatices cognitionem non esse necessariam, sed jocosè tantùm, Warem. ab Ehrnberg. *lib.1.medit. pro fœder. c.3.n.6.p.294.* At seculum fuit, quo seriò id actum, testis mihi est Matthæus Parisiensis (qui scribere & vivere desiit circa annum 1273.) in Historia Anglicana. Papa (fuit is Innocentius IV.) considerans, *ait ille*, liberales artes jam in mechanicas penè fuisse conversas, propter lucrum, ut vere possit dici de philosophia:

2.

3.

Prostat & in pretio pro meretrice sedet:

Et quod jam ferè omnes scholares, intactis Grammatices rudimentis, autoribus, & philosophis, ad leges properant audiendas, quas constat non esse de numero artium liberalium. Artes enim propter se appetuntur,

tur, leges autem, ut salaria adquitantur. Imò etiam, ut omnibus liquet, adolescentes ætate & scientia satis simplices, ex quo noverunt in paucis sophismatibus perstrepentibus palmis congarrire, cathedras adsendunt magistrales, ut nomine illo usurpato tumeant elevati, & facti venerabiliores, sine fundamento scandunt ad culmina celsiora, cum melius esset, & utilius, scholarum prius imbui experientia & sic transcendere ad præmissa. Lipsius *cent. 5. epistol. miscell. epist. 83.* Bartoli lapsus, si non veniam meretur, conniventia poti⁹ transmittendus, aut levi, & perfunctoria no-
4. ta onerandus, quam atroci sententia scuticæ subjiciendus. Sed rigidus ille aliorum censor Valla nullo discrimine, maledictus in omnes, qui Bartolo veniam daret, cum Ciceroni dicam scribat, Aristotelem vellicet, Virgilium carpat, maximos quosq; authores contemnat, uni assurgens Epicuro: Manlius *in locis p. 486.* Quam inde apud senatum Doctiorum gratiam promeruerit, in aperto est, idemq; Epitaphia ipsi posita innuunt.

Ohe ut Valla silet! solitus qui parcere nulli,
Si quæris quid agat? nunc quoq; mordet humum.

Volaterranus *lib. 21. anthropolog. p. 222.*

Nunc postquam manes defunctus Valla petivit,
Non audet Pluto verba latina loqui.
Iuppiter hunc cæli dignatus honore fuisset,
Censorem linguæ sed timet ille suæ.

Paul. Lang. *in Chron. Citizensi p. 863.* Nathan Chytræus *in Delit. Europæ p. 12.*

5. Armorum vocabulum latissimæ significationis est, ut eodem veniant non tantum Scuta, gladii & galeæ, tibialia, humeralia, loricæ, bombardæ, arcus, sagittæ, lanceæ, cultelli, sed & fustes, ac lapides, & generaliter omnia quibus defendere nos & nocere possumus *l. 41. ff. de V. S. l. 14. §. 1. ff. de re militari Novell. 85. c. 4. l. 9. ff. ad L. Iul. de vi pub.* Decianus *lib. 8. tr. criminal. c. 2. n. 15.* Hoc prætextu rursus Bartolum notat Valla, quod arma pro insignibus malè dixerit. Sed secutus in hoc fuit Bartolus communem loquendi usum omnium populorum & cœterorum juris interpretum. Et fortè non ineptè, aut certe non sine ratione, quoniam plerumq; insignia
6. in armis insculpi, & antiquis & nostris temporibus solebant, ut hinc armati, facie armis operta, dignoscerentur. Tiraquel. *de Nobil. c. 6. n. 19.* Putat Pontus Heuterus *in histor. vet. & novi Belg. lib. 2 c. 25. p. 173.* hodie insignia arma vocare, quòd se ea armis tueri (ut à majoribus bello, armisq; parta) ac defendere velle demonstrent. Sed hoc nimium à scopo deviat; placet nobis ea, quam ex Tiraquello annotavimus, conjectura. Sane eodem sensu, qnod primum armis, inter quæ Scutum præci-

præcipuam, ut infra dicam, insignia fuerunt insculpta adpictavè, Johan. Gorop. Decanus *Franc. lib. 4. pag. 92.* Nobis Germanis reliquum est, 7.
ut insignia Wappen dicamus antiqua scribendi & pronunciandi ratione, etiam adhuc hodie Saxonibus usitatum, quæ nobis Waffen illis Wappen/ f. in p. commutato frequentissimè. Remansit tamen nobis, superioris Germaniæ tractûs incolis, ipsa vox Waffen/ sed diversi signi- 8.
ficatus cum voce Wappen. Illa arma per se, hæc insignia notat. Originem insignium nonnulli altius repetunt, atq; ipsam naturam ea nobis monstrasse ajunt, ut quæ certis hominum individuis signa peculiaria impresserit. De ea inquit Moreau *d. tr. c. 1. p. 6. me seront tesmoins l'anchre des seleucides, le serpent des spartiates, la lance des Semes, & plusieurs autres figures empraintes de nature sur certaines persones, & lignees.* Vide Camerar. *cent. 3. horar. succis. c. 42. p. 152.* Quod si hac libertate differendi utimur, non solum hominibus, sed & plerisq; plantis à natura matre sua data insignia dicendum est. Quæ qualia sint, Johan. Baptista Porta peculiari expressit libello. Sed hoc nimium evagari est, specialia dabimus. Stevvechius *ad Vegetii lib. 1. c. 20.* scribit: Ex re militari haud dubie mos, quo etiamnum hodiè insignia familiarum exorta, atq; distincta videmus, cum galeis insident Leones, lupi, cervi, canes, aquilæ, vultures, Dracones & aliarum bestiarum sive capita sive cornua, sive pedes. Originem moris tamen antiqui spero me nunc primum invenisse. Ab Ægyptiis enim descendisse, observavi apud Diodor. Sicul. *lib. 11.* ubi ille reges eorum caput leonis, tauri aut Draconis, principatus insigne capite portasse scribit. Ab Ægyptiis porrò mutuatos hoc Græcos, & ab his Romanos, ut multa alia, quæ ad disciplinam militarem pertinebant, magnam mihi veri similitudinem habere videtur, præsertim quod Lacedæmoniis galeæ inventionem videam tribui à Plinio. *lib. 7. c. 56.* Sunt qui cum Herodoto *lib. 1.* Cares esse dicunt, qui ostenderunt signum scutis imponere. Ita enim clare Herodotus: Κᾶρές εἰσι οἱ καταδέξαντες ἐπὶ τὰς ἀσπίδας τὰ σημήϊα ποιέεσθαι. Alii Pictis id ipsum tribuunt, inde nominatis, quòd armis ad conflictum uterentur variegati coloris: Alii, cum pro certo teneant, nobiliores inter Assyrios nunquam in publico comparuisse, sine sceptro, quem manibus in altum tulerint, cui supra vel flosculi, vel animalis posita figura, ab illis, utpote primæ Monarchiæ subjectis, originem rei repetunt. Non 9.
ego crediderim, aliunde hujus rei petenda initia, nisi à communi gentium usu. Non enim facile gens dabitur, cui insignium non cognita observantia, usque adeo ut & in novis

insulis, quas eo compellamus nomine, eadem ratione qua novum orbem, insignium usus ab illarum inventoribus fuerit deprehensus. In ejusmodi autem gentium inventis, si de primo authore quæstio sit, vestigia non nisi obscura sunt, sufficit communem nosse usum. Latini bellum dixerunt à beluis: scilicet primæ hominum decertationes cum beluis erant, quarum exuvias victor, victoriæ signum, induebat, & rei gestæ ostentabat insignia. A bestiis homines bella in homines convertere didicerunt, indeq; Nimrodus sacris à literis potens Venator dictus, quod & in bestias juxtaq; homines venationis duceretur studio. Quemadmodum autem is qui ferociorem bestiam trucidaverat, præ illo qui mitiorem imbellioreḿque, securitati communis magis consuluerat, suæque fortitudinis amplissimam dederat probam, ita ad nos quoq; ea derivata conjectura est, insignia bestiis ferocioribus ornatu maximè præ reliquis esse nobilia. Temporis progressu, hostium spolia insigniora, fortes à cætera distinxerunt plebe. Nec hæc tantum insigniis ex bello ortum dederunt, sed & militum suspensa in atriis arma, quibus coronæ, armillæ cristæq; prout quisq; eas meruerat clypeo & galeæ erant appositæ quandoq; etiam egregia adpicta facinora, extra bellum peracta. Sed ut cuncta mole sua deniq; ruunt, & à nativa integritate quam longissime recedunt; ita & insignia quoq;, quæ primæ industriæ, atq; exercitæ fortitudinis notæ fuerant, ab aliis pro arbitrio sumpta, vel eum solummodo in finem, ut quisq; haberet ab alio quo distingueretur. Atq; hic multum phantasiæ datum lubentiæque, ut cum ille hæc, alter alia sumpserit insignia, causa ut plurimum alia non sit, quam quod velle suum cuiq, fuerit. Hoc nos docent historiæ, quæ primum personalia, & mutationi obnoxia, postea familiaria, hereditaria firmaq; extitisse insignia, & gentibus, nationibus, civitatibus æque ut familiis. Atheniensibus noctua fuit avis eo in tractu notissima. Lacædemoniis λ, Messeniis M. Persis sagittarius, aut pharetra, in quorum utroq; maxima potentia, & exercitus pars ipsis erat. Trojanis scrofa. Romani, cætera constantes, & uniti, plura habuerunt insignia: lupam scil. Minotaurum, Aquilamq;. Judæi in duodecim tribus distributi, duodecim suscepêre insignia. Juda leonem, Naphthali cervum, Isaac asinam, Benjamin lupum, Ephraim bovem, Dan aquilam, Ruben hominem insigne habuisse memorantur. Poetas quando evolvimus, qui Trojanam, atq; Thebanam obsidionem, curiosa diligentia descripserunt, & heroum, & exercitus ducum invenimus hereditaria insignia Parthenope, ut author est Æschilus, clypeo insertam Atalantam, pilo, seu telo, necan-

necantem aprum Calydonis, habuit antiquum familiæ insigne. Virgilius *6. Æneid.* loco quem in frontispicio capitis adduximus, Aventino, Herculis filio, paterna tribuit insignia. Quod si his quibus quodlibet audendi semper fuit æqua potestas fidem dare non placuerit, Corvini sunt, Torquati extant, Cincinnati clarent, familiaria qui habuerunt insignia corvos, torques, cincinnos. Cæsar clypeo effiguratum Elephantem habuit, alii ut memorant, figuram occisæ bestiæ suis à majoribus. Hacte- 13.
nus quæ diximus, satis, ut opinor, nos instruunt, quousq; extendi debent Tholosani *lib. 6. de Repub. c. 6.* tradita *insignium* definitio, *quod sint hieroglyphica, quæ breviter, & compendiosè, factum egregium demonstranti signo proportionatum significant.* Mihi, ad usum hodiernum, *insignia* videntur describi posse, *signa, summi principis authoritate alicui concessa, aut propria voluntate assumpta, personam à persona, familias à familiis, civitates à civitatibus, collegia à collegiis varie distinguentia.* Insignium pro diverso respectu, quem admittunt, divisiones variæ dari possunt; nonnullas tantum delineabo. Primò insignia sunt *aut* nobilia *aut* non nobilia. Nobilia po- 14.
tissimum hodiè censentur illa, quibus galea perforata adjecta (quam nos apertam vocamus, einen offenen Helm/ de quo infra) nonnunquam corona exornata. Ratione colorum, atq; imaginum, difficilis est decisio, quænam nobiliora sint insignia: Knichen *de Saxon. non provoc. jure verb. Ducum c. 2. n. 90. & nos supra lib. 5. c. ult. n. Es armoiries nobles,* inquit Fauchet *de l'origine de cheual c. 1. p. 19. on a observè, qu' ils ne mettoient couleur sus couleur, ce qui ne se gardoit en celles de roturiers, & gents de ville.* Quam ego Heroldis, cujus hoc est muneris, & illis relinquo, qui in libro torneamentorum vocantur kündiger der Wappen/vnd nachfolger der Wappen. Nec tamen piget Cluverii *lib. 1. antiqua Germania c. 44. p. 347.* quod habet adjicere judicium: Nobiles homines, ait, apud priscos Celtas lectissimis tan- 15.
tum coloribus, sua singuli distinxerunt scuta, undè etiamnum ea omnium antiquissima, ac maximè genuina: Nobilitatis ducuntur apud Germanos insignia, quæ omnium simplicissima, certis duntaxat spatiis, ac coloribus distincta, in quibus vulgatissima sunt illa, quæ græci πλίνθια & ῥάβδους, latini laterculos, & virgas appellarunt, patrius nunc sermo vocat has, Striche: lineas sive Balcken: trabes, illos verò Rauten vel Wecken: rhombos. At universis civitatibus sive nationibus angustiora fuère insignia τῶν ζώων, ut inquit Diodorus; puta equi, tauri, ursi, lupi, cervi, & aliorum, quæ Germania fert, animalium imagines referentia. Hæc autem nulli nisi principes civitatum, & Duces exercituum in scutis gerebant, tabulis illis planis & lectissimis coloribus: familiæ ex qua Princeps vel

Dux ortus erat inſignibus jam antea diſtinctis affixa. Poſterioribus autem ſeculis, hæc privatorum quoq; nobilium ſcutis adrepſerunt ipſorum principum indulgentia, qui ſuis uti inſignibus, coloribus tantum mutatis, huic vel illi nobili permiſerunt: ita tamen uti haud integrum aliquod animal, ſed dimidiata duntaxat ejus pars anterior, vel etiam caput, aut pes ſolummodò effigiaretur: quò ſua principibus maneret dignitas, atq; reverentia, ab inferiori ordine diſcreta. Mox & integrorum animalium imagines nobilibus conceſſæ ſunt. Tandem ſeculo hoc poſtremo, uti ipſa veneranda illa antiquæ veræq; nobilitatis dignitas, & ſacrum ampliſſimi ordinis nomen, fœdè profanantur, dum ipſi homines nobiles ordine ſuo indigna perpetrant, & plebeii vulgò ſine ullis honeſtioribus meritis, nedum virtute bellica, ſolius Plutonis gratia & conciliatu nobilitatis titulum, qui ſolis olim dabatur fortibus, etiam indigniſſimi conſequuntur: ſic etiam principum auguſta illa, ſacratiſſimaq; inſignia, nimis latè vulgantur; adeò ut qui nunc in Nobilitatis ordinem novi adſciſcuntur, unum aliquod animal adſcriptum habuiſſe haud contenti, duos ſæpè leones, vel duas aquilas, regias feras, aveisque nonnunquam plures, tàm facilè impetrent, quàm vanè ſtolideq; poſcant. Quorum tamẽ fatuitatem meritò obumbrare dicantur, earum ineptiæ plurimum ridendæ, qui veræ Nobilitatis, ejusq; inſignium antiquitatem ignorantes, integros campos, atq; ſylvas, & feras, & Caſtella, & hominem, veluti veterum illorum Græcorum Latinorumq; Heroum clypeos imitantes, uni eidemq; ſcuto, multitudine rerum ac varietate, miſerè laboraturo impingunt. Sed ubiq; nunc divina ac veneranda antiquitas virtutisq; juxta æſtimatio jacet. Refrænata paululum torneamentorum tempore hæc erat inter Nobiles licentia. Nam cum ſimul bey der Helmtheilung die Clemot der Wappen beſchawet werden / non rarò quæ ſibi Nobilitas adjecerat inſignia, repudiata, ſed & quandoq; approbata fuiſſe credibile eſt. Et firmat ſententiam, quod legimus in dem Thurnierbuch *p. 201.* quod in torneamento Heidelbergæ anno 1481 habito Heinrich vom Endt ſey zugelaſſen / das Er die Chron auff ſeinem Helm führen / vnnd behalten
16 möge / wie jhm das der Römiſche Kayſer gebeſſert hat. SECUNDÒ *Aut* ſunt familiaria ſeu hereditaria, *aut* perſonalia tantum. Hæc potiſſimum muneris, quæ perſonæ competunt munus gerentis. Licet & hæc quandoq; hereditaria facta agnoſcam, ut quando munera hereditaria facta, vel liberi in memoriam à parentibus geſti muneris iſthæc ſibi propria reddiderunt inſignia, *Tous les officiers de la coronne de France ſoub les Roys de la premiere, & ſeconde lignee, & bien avant ſoubz la troiſieme, ne prenoi-*

ent

ent point d' autres Surnoms & Armes, que de l' Office, qu' ils exerçoient pres de la personne du Roy qui leur acqueroit honneur, dont ils laissoient la memoire à leurs enfans & descendents, qui en retenoient les Armes, & le Surnom. Ceux de la Maison de Moussy, pres de Damp, ou Dom-Martin, ont esté long temps Gouuerneurs, ou Comtes de Senlis, ils tenoient l' Office de grands Bouteilliers de France; en memoire de quoy ils porterent pour Armes l' Escu escartelé d' Or, & de Gueules, qui sont Armes de la Bouteillerie ou Eschançonnerie, bien & proprement blasonnées d' Or, qui representoit la Couppe, & le Hanap du Roy, escartelé de Gueules, qui represente le Vin: porterent Aussi le Surnom de Bouteilliers, & non de Moussy, c' est pourquoy ils furent appellez les Bouteillers de Senlis. Andre Fauyn *liur. 2. des premiers officiers de la coronne de France chap. 8. p. 152. Les Connestables timbrerent leurs escus, & enrycherent de l' espée fleurde lisée leurs escussons, & armoiries, le grand Escuyer para ses armoiries de l' espee au fourreau, & ceinture, semes de fleurs de lis. Les Marechaux parerent leurs escussons de haches, pource qu' on s' en sert à couper le bois dont lon fait des fercillees, pour faire les logis d' un camp.* Ex Claude Fauchet Freherus *ad Petrum de Andlo de Rom. Imp. lib. 2. cap. 8. p. 190.* In imperio nostro exempla habemus in Palatino, Saxone, atque Brandeburgico, Electoribus, quorum quilibet insigniis gentilitiis officii sui junxit insignia, ut supra retuli *lib. 3. c. 9. n. 19.* De hereditatiis autem & familiæ insigniis quæstio est, *Vt legitimè nati ea portare, ut loquuntur, possunt, ita an etiam eadem naturalibus concessa facultas sit?* Distin- 17. guendum inter jus generale, & speciale. De jure generali, spuriis non conceditur arma parentis vel familiæ assumere. Chassan. *Catal. gloriæ mundi part. 1. Considerat. 38. conc. 24.* Decianus *responso. 31. n. 92. vol. 1.* Fr. Marcus *Decis. 1138. n. 3. tom. 1.* Guido Papæ *decis. 380. n. 2.* Peregrin *consil. 41. n. 10. lib. 1.* idem Germanicum illud innuit.

Daß ehlich vnd freygeborn Kind
Behelt seines Vatters Heerschildt.

Hoc est sein Lehn vnd sein Zeichen / ut loquitur Saxo *lib. 3.* Landtrecht *art. 72. ibiq; glossa.* Fr. Pfeil. *Consil. 78. num. 161. cent. 1.* Nolden. *d. tr. cap. 11. num. 77.* De jure speciali verò nonnullarum regionum, Bastardis etiam patris & familiæ conceduntur insignia, ut de Gallia notavit Boër. *decis.* 128. *numero.* 21. Ubi tamen, licet hæc portent insignia, linea per intermedium scuti, à sinistro latere ducta, quam barram vocant, à legitimis distinguuntur

Figura

Figura hæc est vel talis , A sinistris virgula pendet cum ut significetur non ex legitimo & dextro, sed ex in felici & damnabili concubitu natum esse eum, hisce qui utitur insigniis: tamen ut differentia sit ab aliis, qui baculum seu barram habent à dextero latere ductam, ad imum sinistri, hac forma qua significatur, eos, qui hæc insignia ferunt, non ex linea recta processisse, sed ex transversalibus & collateralibus: Tholosan. *syntag. juris lib.* 45. *c.* 6 *n.* 6. Tiraquellus *de jure primog. in præfat. n.* 138. vel ut habet Pontus Heuterus, *de libera hominis nativitate c.* 10. *n.* 4. à dextro in sinistrum latus vergens (ut Borbonii Francica ferunt arma) signum est filii secundo aut tertio loco legitimè nati. Cæterum, ut eodem in loco idem annotavit qui è nothis acillegitimis, justis nuptiis nascuntur, lineam illam, à sinistris ductam, relinquere possunt, & exiguum aliud aliquod signum, discriminis causa (ne cum maximo natu aut ex hoc ortis concurrant) ad instar legitimorum liberorum, secundo, tertio, aut alio loco natorum, scuto gentilicio appingere. Si illegitimus sacris fuerit initiatus non est opus transversam dictam lineam paternis insigniis addere, cum propter sacri ordinis dignitatem legitimus censeatur, imò ante susceptum ordinem necessariò sit legitimandus, quare quoq; nuptiis exinde inidoneus, ac inter steriles numeratur. Dicta vero insignia in hujusmodi ◊ quadrata figura, non in militari scuto, plumis, casside, pro more gentis ornato feret, sed alati Angeli, non homines, nec bruta animalia, dictum quadratum angulum sustinebunt. Idem omnes sacerdotes, ac Ecclesiastici cujuscunq; ordinis, ac dignitatis fuerint, nobiles, aut ignobiles, facere recepti juris, morisque est. Apud nos in Germania primum in usu non est, & circa posterius contraria est observantia; nulla enim barri differentia, primogenitus æquè, ac postea geniti, horum successores legitimi, insignia familiæ

18. gerunt. Fr. Pfeil. *consil.* 197. *num.* 28. *cent.* 2 3. Alia, ipsa à personæ nomine, locive nata, quæ à Gallis vocantur armoires qui chantent: Fauchet *d. l. p.* 17. alia à facto quodam heroico & insigni orta vel aliunde petita, cujus ut plurimum nobis obscura est ratio. Estienne Pasquier. *livr.* 2. *des recherches de la France chap.* 15. *pag.* 172. Matthias Corvinus Hungariæ Rex insignia habuit corvum: *Les familles de Colones, Mailly, Rebel & Chabot, n' ont autres armes, que celles que leurs noms signifient.*

Moreau

Moreau *d. tr. chap.* 1. *p.* 14. Coliniorum insignia in Italia & Gallia sunt ter gemini colei, seu testiculi: Tesauras *Decis. Pedemont.* 170. *n.* 17. Familia Principum Hennebergensium gallinam habuit nigram, Spangenberg. *in Henneberg. Chron. lib.* 1. *c.* 3. *p.* 31. & cum à Columenesiis ortum se trahere profiteretur, columnam addidit albam coronatam in campo rubro. Idem *d. tr. lib.* 4. *c.* 23. *p.* 158. Rhodii monetis suis insignia Rosam quinq; foliatam dabant, cum Rosa Græcis dicta ῥόδον: Fauchet. *d. l.* Regnum Granadæ novem granata habet, Galiciæ calicem, Leonis leonem, Castiliæ castrum. Nova civitas, Newstätt in Austria, ita dicta prop t continua incendia, quod omni penè anno innovetur & ex novis æd .-ciis nova & renata appareat, pro insigniis habet alba mœnia, cum turri nova, in rubeo campo: Cuspinianus *in Austria p.* 25. Flissinga Selandiæ civitas non infimæ notæ, non Vlyssea ab Vlysse, ut quidam nugantur, dicitur, sed ab urceo, aut lagena, Belgis ein Fläsche/ cujus civitatis hujus vexilla ac manipuli, quos etiam navium malis in vertice erectos conspicimus, insigniti sunt. Cum autem loci hujus incolæ suaviter sese poculis reficiant, nec ab illo etiam abhorreant fœminæ, aliquando in hoc certamine viris robustiores, ab amplexu lagenæ, qua singulariter afficiuntur, eamq; identidem exhaurire gestiunt, nomen hoc consecuti sunt, aut idipsum à potandi ibi consuetudine adsciverunt; quæ quidem inter hos inolevit, non ut inebrientur, sed inter se exhilarescant atq; animi nebulas discutiant: Levinus Lemnius *de Zelandia apud* Petr. Scriverium *in Batavia illustrata p.* 150. Bernates, in Helvetia, ursum pro insigni gerunt, einen Bern/ à quo & nomen habent. De hujus generis insigniis notanda est regula, quam Fauchet. *d. p.* 17. ponit: *toutes les armoiries qui chantent (c'est à dire qui remarquent & nomment le nom de ceux qui le portent) ne sont pas armes de vilain, ainsique plusieurs evident.*

Insignia, à factis heroicis quæ sua habent Emblemata, varia sunt, 19.
ut ipsa facta. Alphonsus primus, Rex Portugalliæ, quod quinq; Reges Saracenos bello necasset, quinq; scuta insigniis suis inservit: Moreau *d. tr. chap.* 4. *p.* 167. Author confutationis nugarum Duardi Nonii Leonis *p.* 8. scutula scribit esse cærulea quinq; armigerum decussata, crucisq; formâ exhibentia, majori scuto condncta, in campo argenteo. Scutulo verò unoquoq; quinq; denarios argenteos contineri decussatim constitutos.
Le duc d'Angluesme estant entrè dans la province de Guidpuscoa, 20.
auec douze mille hommes de pied, & 400. cheuaux, & en fin contraint lever le siege deuant Pãpelonne, & repasser les mons pyrenées, alors partie de son armee fut mise en route son artillerie aban-

XXXxxx donnée,

donnée, & menée en triomphe à Pampellonne & la province de Guipoſcoa, pour ſignaler la ualeur commença porter douze pieces d' artillerie d' or, en champ d' azur. Le caualier de Sauoye pag. 70. Mat-
21. *thieu de Mentmorancy par la defecte de ſeize enſeignes, qui eſtoient a l' Empereur Otton, augmenta les armes de ſa maiſon de douze aillons, qui n' en auoit au parauant que quatre, & changea la croix d'*
22. *argent en croix de gueule.* Rulman. *en ſes harangues p. 50. Othone figlinolo da Berengario. 2. Re de Italia paſſo all' acquiſto de i terra Santa, con Gotefredo Buglione, hauendo ſuperato a duello voluce, Capitano de Sarmeeni, levato à quello il cimiero, che era una ſerpe, con ſette pieghe, che in la bocca ſi teneua un fanciullo mezo ſcorticato l' usò poi nelle ſue inſegni per ſempre, & coſi uſuronla i ſucceſſori Duchi di Milano d' ogn hora:* Doglione *nel theatro univerſale de prenci-*
23. *pi vol. 2. part. 6. p. 278. Nous pouuons auſſi mettre en ce meſme ramples armoiries, que les ſeigneurs de coucy portoient anciennement en France, & auſſi celles, que portent encore les ſeigneurs de Perez en Eſpagne. On lit que les uns, & les autres, ayants eſtè ſurprins par leurs ennemis en deſordre, les premiers s' adviſerent de couper leurs manteaux d' eſcarlate, fourès de uair, & ayants es levè les pieces au bout de leurs lances, à guiſe du banniere ou eſtendart, ils rallierent leur gens, & les ayants rangès en bataille, les encouragerent ſi bien au combat, que la victoire leur demeura, & ſur ce ſubjet furent diuiſeés par le Herant d' Hongrie les armoiries des Seigneurs de Concy, & porterent de puis trois pieces de uair en chams de pulles, à cauſe des couleurs, & pennes de leurs manteaux, employes en bannieres, & par ainſi quitterent leurs premieres armes. L' Eſpagnol Peres ſe ſeruit a meſmes fins, & uſages de ſon mouchoir blanc, & l' ayant arborè ſur une jaueline, rallia ſes gens auec pareil ſucces: & eſt pourquoi il obtient privilege, de Ferdinand Roy de caſtille, de porter ſes armoiries quarrees, en forme d' un mouchoir, & drappeau blanc. On troue, que Romulus Roy des Romains, ayant eſtè ſurprins par les ſabins, ſans enſeigne, pour guider ſes gens, & leur monſtrer la route qu' ils deuoient tenir, il eut recours à une poignee de foing, qu' il rencontra par cas fortuit, & ayant euleuée ſur une perche, il rallia*

ſes

ses gens, & vainquit ses ennemis, & en memoire de ce, il voulut, que les bandes mãipulaires portassent pour enseigne un boisteau de foing suspendu, & attachè au bout d'une perche. Dont Ovide:

Illa quidem fœnum, sed erat reverentia fœno,
Quantum nunc aquilas cernis habere tuas.

Moreau *d. tr. chap. 10. p. 342. & seq.* Leopoldus Austriacus, postquam in Palæstina Aconis muros superasset, albo paludamento indutus, quod totũ hostili mox sanguine tinctum apparuit, ea parte dempta, quę baltheo tegebatur, factum, ut area rubicans cum fascia sive segmento albo, medium dirimente, insigne deinceps Austriacis fuerit: Lipsius *cent. singul. ad German. & Gallos epist. 36.* Maximilianus I. Imperator cum in pugna quadam contra Bohemos, auxilium Electori Palatino contra Bavariæ Duces ferentes, ferrea clava percussus, Erici Ducis Brunsuicensis beneficio servatus esset, in gestæ rei memoriam insignia ejus stella aurea ornatiora reddidit, quæ etiam nunc in Ducum Brunsuicensium insignibus fulget: Melchior Junius *in orat. 2. de feud. confer. p. 28. tom. 1. c. 4.* Nonnulli, quib⁹ volupe est, gentis suæ antiquissimam delineare originem, à Trojanis sua mutuantur insignia. Fuisse illis horum loco Leonem, ajunt; inde Belgæ, qui originem suam ab iisdem se trahere gloriantur, Trojanum omnes Leonem assumpserunt, ac eo promiscuè sunt usi. Nec defuere, qui cũ in locum natalem Sampsonis, fortissimi olim Hebræorum Ducis, adjissent, ab eo Leonum victore se mutuatos esse Leonem profiterẽtur. Quicquid sit, abundarunt certe longo tempore, Belgarum principes, & provinciæ, imò privati Nobiles, Leonum diversi coloris, insigniis, hodieq; utuntur, nec uspiam in Clypeis, tot Leones, ac Aquilæ, quàm nostro tempore in Germania ac Belgia reperiuntur. Præcipuè autem Belgarum provinciæ Leonibus utentes, hæ nostro sunt seculo: Brabantia in atri coloris clypeo Leonem aureum prioribus ungulis insurgentem ostendit: Hollandia eũdem in aureo clypeo purpurei coloris habet: Zelandia idem, nisi quod loco inferioris corporis partis undas repræsentet aurei ac cærulei coloris maximas: Limburgum idem quod Hollandia fert: Lutzemburgum etiam, nisi quod purpurei Leonis corpus quinq; transversis cœruleis tignis, veterum Lutzeburgensium armis distinguuntur: Geldria in cœruleo Clypeo, aureum habet insurgentem Leonem: Zutfaniæ Clypeus duorum est colorum, Pars superior aurea purpureum habet Leopardum, inferior cœruleam crucem auream: Flandria ac Hainegundia atrum Leonem aureo ferunt clypeo: Idem habent Namurcenses, nisi quod Leonis caput, corona est aurea redimitum: Frisiæ Clypeus atri coloris duos Leo-

24.

25.

XXXxxx 2 pardos

pardos aureos, hunc in superiori illum in inferiori Clypei parte præ se fert: Pontus Heuterus *in histor. vet. & nov. Belg. lib. 2. c. 25. p. 174.* Denique sunt insignia alia quadrata, reliqua ad scuti communis formam, fere tri-
26. angularem. Inter consuetudines Pictavienses legimus *art. 1. qu' il n' ya que les comtes, Vicomtes, & Hautberts (ce sont les hauts barons) qui puissent porter les armoiries quarrées, & non les simples chastellains, qui ne peuvent porter leurs armes, qu' en escusson: Car porter armes en quarrè est plus.* Loisellus hujus generis insignia nullibi se reperire ait, sed contra ea in Britannia, provincia Galliæ, usitata scribit Moreau *d. tr. chap. 10. p. 363.* quo toto capite de quadratis agit insignibus. Cui addi poterit illud quod ex Ponto Heutero *de libera hominis nativitate c. 10. n. 4. annotatumq; supra n. 17.*

Cœterum insignia vel à superiori dantur *arg. t. t. ff. & C. de jure aureor. annulor. Bart. in tr. de insign. & armis Wesebec. in parat. ff. de jure aureor. an-*
27. *nu. n. 4.* Vel propria assumuntur lubentia, & potestate. In Imperio nostro Jus insignia concedendi Imperator exercet *vel* per se *vel* per alios. Ipsemet quando Imperator insignia alicui confert, qui stilus curiæ sit, ex Goldasto patet. *tom. 1. Const. Imp. p. 513.* ubi inter alia Carolus V. Imperat. ita infit. *Insignia de novo dedimus, concessimus & elargiti sumus prout tenore præsentium damus, concedimus & elargimur, volentes, & decernentes quod Tu præfate N ac si ii, heredes & descendentes tui legitimè nati, & nascituri, eorundemq; heredes & successores, in infinitum, utriusq; sexus, ex thoro legitimo seriatim descendentes, prædicta arma, & insignia habeatis & deferatis, illisq; in omnibus, & singulis honestis, decentibusq; actibus & expeditionibus, tam seriò, quam joco, cæterorum armigerorum more in torneamentis, hastiludiis, bellis, duellis, singulari certamine, & quibuscunq; pugnis, vexillis, tentoriis, annulis, signis, sigillis, signetis, aulæis, tapetis peristromatibus, monumentis, ædificiis, picturis, sculpturis, sepulchris, clenodiis, & universa supellectili vestra, aliisq; in rebus omnibus pro lubitu arbitrio vestro, uti, frui possitis atq; debeatis*, *junge* Frehe-
28. rum *ad Petri de Andlo de Rom. Imp lib. 2. c. 14 p. 199.* Disputat in utramq; sententiam Chassaneus *in catal gloria mundi part. 1. Considerat. 44. p. 17. & seqq.* An Imperatori licitum vendere, vel alio modo arma, seu insignia, alteri concedere? Et si rectè memini in affirmativam pronus est, sed placet mihi contrarium, non tamen per ea quæ Lucas de penna *in l. contra publ. C. de remi. lit. lib. 12.* Consignavit, sed & inde ne contrario admisso, paritate insignium maxima in compluribus oriatur confusio, fraudiq; aperiatur fenestra; neve præterea quod personale est Regni, & muneris signum, aliis communicari posse affirmemus. De facto constat neminem tanta audacia verecũdiæ limites fuisse supergressũ qui Imperialis aquilæ

integræ

integræ participationem expetierit; nullum Imperatorem extitisse, qui eam alii voluerit communicatam. Quod si ea alicui communicanda fuissent, Regibus utiq; Romanis, qui Imperatoribus adhuc vitam spiritumq; ducentibus adjuncti fuerunt, communicari potius, quam ulli alii debuisset, sed confusionis vitandæ ergò, ne hoc quidem actum inde licet intelligere, quod Reges Romani simplicem aquilam, Imperatores autem bicipitem habeant. Sed & in simplicis aquilæ concessione parcissimi semper fuerunt Imperatores, avaritia tamen exclusa. Paucis illam concesserunt, pauciq; eandem ipsi sibi assumpserunt. Audivi puer. (inquit Gerardus Noviomagus, de Batavorum insula, apud Scriverium *in Batavia illustrata p.7.*) à Batavis, senibus, Batavos olim fuisse Cæsarum aquiliferos, quare adhuc multi horum aquilas nigras, aliqui rubeas, nullulli albas pro insignibus habent. Auriæ sua insignia immutarunt, occasione Cæsareæ gubernationis Reipub. Genuensis. Cum enim pleriq; illius familiæ leonem, alii turres, & plures diversa insignia circumferre consuevissent, ipsi impostetum semper insignia Imperialia gestarunt, & quo aliqua distinctio inesset, de unanimi eorum consensu statutum fuit, ut dimidia pars clypei, seu campi, ut vocant, in quo depingitur aquila, albo colore notaretur: Petr. Bizarus *lib. 5. Histor. Genuens. p. 98.* Ex illis, qui voluntate, & privilegio Imperatoris, insignia concedere valent, sunt I. Archiduces Austriæ. Ita enim supra *lib. antecedenti cap. 2.* Nam Austriacæ familiæ concessum privilegium, hanc quantum concernit licentiam, sonat: Auch daß sie vnd jhre Erben vnd Nachkommen/in allen jhren Landen/ Herrschafften vnd Gebieten/als oben gemeldet/Graffen/ Freyherren/Ritter/Knecht/auch düglsamb vnd verdiente Personen/vom newen Edel machen/demselben Wappen/vnd Cleinod/ mit Schildt vnnd mit Helm/vnd allerley zierheit/farben vnd Plaßnierung geben vnd leihen ꝛc. II. sunt & præterea comites palatini die Reichshoffgraffen/ quibus potestas ista insignia cæsareo nomine elargiendi specialiter data, sed maxima cum restrictione, plerunq; ita, ne alicui integram Aquilam, maximè Imperialem, aut Coronam regiam in galea, vel galeam torneatiam apertam, & cancellatam, concedant, aut avita quorumvis Principum, comitum, Baronum & procerum arma, seu insignia largiantur. Sagitt. *de Comit. palat. th. 33. lit. e.*

Qui ipsi ad voluntatem propriam sibi insignia sumunt, aut superiorum recognoscunt, aut non recognoscunt superiorum. Hujus generis sunt populi liberi, Reges & Principes. Imperium Romanum sibi aquilam elegit bicipitem, de qua supra ad finem *lib. 1.* egimus uberius. Galli

XXXxxx 3 ut &

ut & eorum Reges, si communem sequimur, in electione insignium, præ
33. cœteris, variarunt maximè. Veterum Gallorum insigne alauda dicitur, Thuan. *lib. 56. histor. p. 1075. edit. Franc.* alii tres Buffones, alii tria diademata rubra, alii tres lunæ bicornis seu crescentis figuras, alii leonem repentem, caudæ habentem impositam Aquilam, Gallorum dixerunt insignia: Estienne Pasquier. *liur. 2. des rech. de la France, chap. 15. p. 171.* Contra Buffones non fuisse Francorum insignia, contendit Johan. Gorop. Becanus *lib. 4. Francicor. p. 91.* ubi adjicit: quod si mihi de fabulæ primordiis conjectura permittatur, dicam quempiam hominem fuisse pietatis quam Francicæ antiquitatis studiosiorem, qui cum unum Franci genus ducerent, ignoraret, commentus, quod proximum erat, Francos terr igenas esse, atq; idcirco animal, terra maximè gaudens, eorum clypeis congruentissimum fuisse. Errorem hunc variantium authorum Stephanus Pasquierius *d. l.* ita explicat: *ie ne puis penser, dont procede ceste diversitè d' opinions, si non que les autheurs qui nous deuancerent sur le milieu de nos Roys, trauverent quelques uns d' entre eux porte en ses armes l' un trois croissans, l' autre trois crapaux, & ainsi raportant ceste particularitè à une generalitè du puis, d' autant que du temps d' iceux autheurs les armoiries estoient ja faictes perpetuelles, ils estimerent chacun en son endroit, que les armoiries de France fussent les uns trois couronnes, les autres trois croissants, les antres le lion, les autres trois crapaux.* In eo consonans authorum, unum si excepero, concordia est, Clodoveum, una cum religione Christiana mutatis insignibus, lilia primum assumsisse, incerto tamen, ut, alii sentiunt numero, quæ Carolus sextus, longè post Galliç Rex, ad tria tantum, ut hodiè conspiciuntur, redegerit: Serves *in inventario generali Franciæ in vita Clodo-*
34. *vei l. p. 62.* Monitu divino Eremitam aliquem Clodoveo lilia attulisse, sunt qui memorant: Malingre *de la loy Salique, chap. 28. p. 74.* Sed fortassis verius est, Clodoveum ipsummet Eremitam substituisse, quod & Pasquierio visum *d. l. Clovis pour rendre son Royaume plus miraculeux, se fit apporter par un Hermite, comme par advertissement du Ciel, les fleurs de lys.* Johannes Goropius Becanus *d. lib. 4. Francicor. p. 94.* tantum ut fictionibus suis colorem aliquem ponat, præter fidem & veritatem scribit, tria lilia, quæ in Francorum Regum scutis conspectantur, jam olim Noachi ætate in usu Francis fuisse. Quemadmodum verò uno lilio spes, ita tribus spes omnibus numeris absoluta denotatur, rectissimè factum, ut Francorum scutum trib⁹ liliis insigniretur, quo non minus de hieroglyphico hoc signo, quam de nomine Franci, certa futuræ felicitatis fiducia in posterum animis excitaretur. Hæc Goropii cabala est, cui nequid desit, in

vicem

vicem ejus, quo alii lilia aurea ponunt fulgentia, aut alba, Malingre *d. l.* Pierre de Micaulmont. *de la chancellerie p. 28.* ipse diversitatem colorum Iridis illis adscribit *d. l p. 95. & p. 96.* annectit: licet omnes flores spei tesseram gerere videantur, propterea quod è floribus fructus sint sperandi, à priscis tamen hominibus Iris maximè hunc accepit colorem, ut spem firmam & indubitatam designaret. Aliud ex liliis promit mysterium Malingre. *d. tr. chap. 19 p. 77.* quod æquè ut Goropii cerebrinum tantum est, &, ut verbo dicam proprio, phantasticum. Ait ille, *on peut voir qu' en une fleur de lis il y a trois fleurons, un grand au milieu, & deux moyens d' une pareille hauteur aux deux Costès, comme vous pouves voir par la fleur entiere: le haut fleuron du milieu signifie la saincte loy, & foy de Iesus Christ, & les deux de moyenne hauteur, qui sont l' un à dextre, & l' autre à senestres, signifient sapience, & noblesse, les quelles sont ordonnees pour soustenir, garder, & defendre le haut fleuron, qui est au milieu des deux, Sçavoir la divine loy: l' une, c' est à scavoir sapience par argumens, raisons & bonne doctrine, enseignee par les docteurs, clercs & universitès, dont le Royaume est plus decorè que nul autrè: & l' autre par force & puissance d' armes, ce sont les princes, Barons, chevaliers, & autres plusieurs nobles, dont le Royume est remply.* Ingeniosior cœteris Rulman. *en sa harangue, faite le 23. du May en l' an. 1626.* quæ extat *entre ses harangues p. 168.* ubi fusissimè & copiosissimè, sed tamen eleganter de significatione & præstantia liliorum disserit. Inquieta 36.
hæc Gallorum ingenia eo usq; progressa fuerunt, ut & in galli gallinacei capite Regis sui insignia notata observaverint, indeq; Regiæ potentiæ maximum duxerint argumentum.

Quoniam enim in capite galli gallinacei, in cerebro integrè, sine fractura exossato, reperitur, una facie busso, quo in dorsum verso, altera facie exprimitur lilium, inde symbolum desumendum concludit Tholosan. *in prælud. Optim. ICti c. 11. n. 2.* Monarchiam ultimam in Regem Galliarum devolvi debere: Admissi risum teneatis amici! Atque hæc de insignibus Gallici regni. Huic autem cum hodie regnum Navarræ, seu 37.
potius particula regni, quam Hispanus alienæ possessionis invasor legitimis reliquit dominis, incorporatum sit, de ejusdem insigniis paucula quoq; subnectam. Memorat Malingre. *d. tr. chap 30. p. 82. & seqq.* Reges Navarræ à comitibus Tholosanis ortos, anno quippe 778. Cum Carolus magnus in expeditione esset contra sarracenos quosdam, Hispaniæ, Tersinus, & ipse Sarracenus, cujus tunc sub manu erat Tholosanus tractus, eum, recepisse ab eodē fertur; Hunc Carolus regenerationis lavacro Christianorum societati initiatum, fecit comitem, qui non multò pòst capta.

capta Boranna, Regnum Navarrenum intravit, ejusq; bonam partem sibi subjecit, Regio postea salutatus nomine. Nocte quadam cum in lectulo recumberet, Angelus eidem apparuit, monitor, ut insignia, quæ Ethnicus portasset, immutaret protinus (erant autem verveces numero tres, quos Sarraceni tractus Tholosani possessores, adorare consueverant) inque eorum vicem assumeret duodecim poma aurea hoc modo disposita



Id quod fecit & successoribus quoq; observandum reliquit, qui tamẽ aliâ postmodum disposi tione usi deprehenduntur, ut sequens figura notat.



Hæc authoris quem modo nominavi, relatio est, credat eam qui volet. Arma hæc Navarrena agnosco, de eorum origine nondum sum probè instructus.

38. Hispaniæ Rex varias, in suis insignibus figuras habet, ut crucem, vexillum, leonem, aquilam, castrum &c. illis ut varia, quæ sibi subjecta habet, denotet regna atq; territoria. Utq; ea ampliora habeat si Antonio de Padilla credimus *in l. natural n.8. in fin. ff. de præscr. verb.)* uxorum quoq; insignia suis semper solet adjungere.

39. Angliæ Rex tres habet leones (narrant alii eum olim quinque habuisse Leopardos, sed duos ex illis, Richardum Regem concessisse
40. Henrico Leoni Saxoniæ Duci) & ob prætensionem, quam in Regnum Galliæ sibi conservat, tria lilia. Regni Poloniæ insigne est, alba aquila,
41. coronata, hiante rostro, & extensis alis: Cromerus *de reb. Polon. lib. 16. p.262.* cujus originem à Lecho, idem deducit author *d. tr. lib. 2. p. 18.* Regis Bohemiæ insigne est Leo rubeus, bifurcatæ caudæ, in clypeo albi coloris: Æn. Sylvius *c. 24 histor. Bohem.* olim erat Aquila nigra: Georgis Beatus in Böhemischr. Chron. *p.30.* De quo cum supra *lib.3. c.8. circa fin.* dixerim actum hic non agam. De causa duplicatæ caudæ videatur Dubravius *lib.12. hist. Bohem.* Piccardus *in episod. narrat. ridicular. c 1.* Nos didicimus à Goldasto *de Regno Bohem. lib.3. c.14. n.33.* geminam istam caudam denotare Vladislai Regis virtutem præcellentiorem, quasi fortius cæteris principibus sese gesserit. Hæc insignia, ut memini Doctorem meum

meum Scipionem Gentilem aliquando pro lectione retulisse, Carolus IV. Baldo, ob insignem juris peritiam communicavit quæ cum ita picta Baldo offerrentur, quasi leo caudem intra fœmora absconderet, natus est inter ipsius amicos jocus, quod insignibus quidem regalibus gauderet, sed leonem absq; cauda, & titulum sine regno possideret. De illis qui superiorem recognoscunt, atq; in mediis, vel inferioribus quoq; hærent subselliis, dubitatio esse poterat, An & his quoq; liberū sit arma sibi eligere, citra superioris approbationem? Sed in affirmativum & his à plerisq; itum esse deprehendo. Quemadmodum, ajunt illi, nomina inventa sunt ad res, & homines cognoscendos *l. ad recognoscendos.* 10. *C. de ingen. manumiss*: ita etiam arma & insignia adinventa sunt, ad cognoscendas familias, ut per signum cognoscatur signatum *l. 3. C. de fabricens*: Quemadmodum igitur nomina, citra fraudem tamen, cuilibet licet assumere ad beneplacitum *l. un. C. de mut. nom.* Farinac. *oper. criminal. part. 6. q.* 10 . *n.* 137. Decian. *resp.* 17. *n.* 9. *vol.* 3. *& Ego supra lib.* 1. *c.* 11. *n.* 57. Ita etiam, eodem cum temperamento, cuilibet liberum erit sibi fingere insignia. Br. *de armis & insign. n.* 5. Chassan. *catal. gloriæ mundi p.* 1. *consid.* 38. *conclus.* 3. Guttirez. *lib.* 3. *pract. quæst.* 16. *n.* 109. Cravetta *consil* 827. *n.* 4. *p.* 5. Menoch. *consil.* 1261. *n.* 5. *lib.* 13. quod idem dicendum de annulis signatoriis ex Kirchnero *de legat. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 98. monet Nolden. *d. c.* 1. *n.* 98. Et ita præsertim inter mercatores, practicari videmus ut propria quilibet authoritate sibi signa fingat. Temperamenta hic requiro I. ne fraudulosa sit insignium adsumptio *arg. d. l. un. C. de mutat. nomin.* DEINDE, quod ex parte cum eodem coincidens est, ne ad æmulationem alterius fiat; *arg. l.* 1. § 12. *ff. de aqua & aqua pluv. arcend.* Cujus suspitionem & tunc evitabit, si ab insignibus propriis aliarum familiarum manus & lubentiam avocet suam. Bodin 3. *de Repub.* 8. Schonborner *lib.* 1. *polit. c.* 10. ne contra si agat fortassis dubiam duelli aleam subire cogatur, quam inter aliquos facetus ille Florentinus Pogius electam memorat, quorum uterq; terna bovis capita suis habebat pro insignibus, quos tamen tertius aliquis ita placavit, ut unus eorum tria bovis capita, alter tria vaccæ capita haberet: Estienne Pasquier *d. l. p.* 172. sed & si novam speciem, ex multis aliis confecerit, arrogantiam velim fugiat cane pejus & angue. Ea enim in se vitiosa est, & si non singularem legum, tamen hominum incurrit notam: Exemplum erit ille, qui ambitiose sibi finxerat insignia, Aquilam & ursum, catena columnæ alligatum, in quem mordax satyræ acetum largissime effudit, Johan. Bonifacius *tr. de furtis. §. corporalis* 7. *n.* 47.

43. (right margin, beside "pra lib. 1. c. 11…" line)
44. (right margin, beside "videmus ut propria…" line)

Redde aquilam imperio, columnis redde columnam,
Vrsinū ursum, sola catena tua est.

Mitius cum Genevensibus egit Ovvenus, & rectè quidem, nam illis non ambitio, sed Principis favor, quæ habent, peperit insignia. In illa autem hoc scribit modo:

Clavem aquilamq; gerit, duplex insigne Geneva
Illud Papatus, hoc habet Imperii.
Hoc insigne tuum quo jure Geneva tenebis,
Si repetat clavem Roma, Rudolphus avem?

Deniq; nec illud plebeis permittendum, ut nobilia sibi assumant insignia, galeam perforatam, coronatamve. Fr. Pfeil. *consil.197. num.2.& 22. cent. 2.* Bon. de Curtili. *tr. Nob.p.3.n.168.& 172.* Hæc tamen sibi si sumpserint, præscriptione firmari, docuit Bero. *Consil.136.n. 12.vol. 3.* Vultei: *con-*
45. *sil.17.n. 49. vol. 3.* Cæterum ut materialia insigniorum dilucidius explicemus respiciendum est, I. ad scutum, quod & campum vocant, daß Feldt/ cui inherent insignia. II. ad emblemata, figuras atque colores scuto adherentes. III. ad galeam IV. ad cleinodia galeæ imposita. V. ad scutum totaq; insignia sustinentia.

46. Scutum latini dictum putant à Græca voce σκύτος, quo corium, denotatur. Quos si roges, inquit Johan. Gorop. Becanus unde σκύτος nomenclaturam acceperit, mutos videbis. Nos è cimbica lingua & σκύτος pro corio, & scutum pro clypeo manasse scimus: in qua scut idem est quod depello, amolior, tueor, quo fit ut & corio & clypeo inde nomen sit tributum. Ita dictus author. *lib. 4. Franc. p. 93. suo* pro genio. Mihi ex historiis constat, lapidibusq;, veterum monumentis, nec nomen scuti, nec formam ubique fuisse unam. Afri, cetras dicebant, aut citras, quas
47. etiam Britannis Tacitus tribuit. Erat & pelta Græcis, cetræ haud dissimilis, ut author est Livius *lib. 28.* Erant ancilia, erat parma, erat umbo, clypei, & alia. Forma nonnullis rotunda fuit, nonnullis ferè ad cordis humani figuram, aliis quadrangularis, aliis ad speciem dimidiatæ lunæ, vel ut Lipsii mens est in analectis ad militiam Romanam. *p.m.276.* duplici semiluna insignes Gallis: Germanisq: scuta erant grandia, ad hominis usq; longitudem, quorum formam videbis apud Cluverium, in elegantissimo opere, quod de Germania antiqua luci exposuit. Romani à Sabinis scuti formam triangularem (quam hodie insigniorum campum facimus) susceperunt. *Ceste forme,* inquit, Moreau *d. tr. chap. 4. 169. fut aussi plus aymée des Chrestiens à cause du sacrè ternaire, & quoy que les peintres fassent les escus, modernes d' un quarrè arrondi ès deux angles d' embas, qui*

se uont

se uont rendre au milieu en un arc tiercel; si est ce que l' ancienne facon restrainčte par les flancs du haut en bas, telle qu' on la uoid ès uieux tombeaux, est meilleure, car elle est conforme au cœur, & a la poictrine, & nous represente la divinitè qui estendue la haut en sa gloire faict couler peu à peu ses influences icy bas, elle nous enseigne qu' il faut desirer les choses celestes, & les aymer de toute l' estendue de nostre cœur, combattre pour elles de toutes nos forces, mais ne nous arrester, que fort peu apres les terrestres & inferieures. Materia fuit vel tabula (ut Germanorum, quorum scuta nec ferro nec nervo firmata. scribit Tacitus) cui corium superductum quandoq;, vel totum corium (ita Masinissæ scutum è corio elephanti) aut nervis ferrove firmatum. Athenæus, Alcibiadi scutum ex ebore & auro confectum, tribuit. Hodie nos ferreis utimur. Hunc insigniorum campum, 48. cur præ reliquis armis Vetustas elegerit, non omnibus notum est. Videbantur sanè arma offensiva defensivis longè nobiliora. Africanus, Scipio, ut Fronto retulit, cujusdam scutum elegantius ornatum cum vidisset, dixit se non mirari, quod tanta cura ornasset, in quo plus præsidii quam in gladio haberet. Quo timiditatem ejus notare voluit. Contra naturam sanè est sinistrum brachium dextro prælatum velle. Nunquam apud Romanos Fabius, quem illi scutum suum appellabant, tantum honoris consecutus fuit, quantum Marcellus quem gladium suum nominare amabant. Iidem Romani dextram militari annulo donabant, non sinistram, quæ clypeo hominem tegeba. Pirrhus non alium sibi scuccessorem voluit, quam ex liberis illum, cujus gladius ad secandum aptior. Maurius certæ Nobilitatis characteres ex bello vulnera, & cicatrices dixit. Et ex recentioribus Aretinus ait, *la ferite & la pordità dei membri sonole collane, e le mendaglie Dei famigliari di Marte* Eosdem Sertorius, coronis atq; alii militiæ præmiis longè prælatas voluit, quippe cum eædem cum homine ambulatoriæ sint, nec domi, ut illa delitescant, sed plerunq; conspectui se offerant singulorum. Quod si ita est cui bono scutum si quis per hasce cupit inclarescere notas? Nonne gladius præstantior erit; qui hasce format notas, qui victoriam parat, atque triumphi author est? Videtur hoc perpendisse Theseus, qui insignia genus in gladii manubrio, non alibi, conspicua habuit, cujus testis Ovidius est:

Cum pater in capulo gladii cognovit eburno
Signa sui generis

Verum hisce non multum obstantibus magis est ut pro defensivis concludamus armis. Hæc natura animantibus addidit, legesq; hominibus

 permi-

permiserunt, quæ illum armorum usum approbant, qui ad defensionem sui suscipitur *l. 3. ff. de l. I.* & *l.* 45. §. 4. *ff. ad. l. Aquil.* Apud Græcos scuti amissio legibus notata erat, non gladii aut lanceæ. Apud Romanos, scuti alienatio, pro desertionis crimine habita. *l. 14. §. 1. ff. de re milit.* Etenim ut Plutarchus habet, conveniens magis est ad sui se parare defensionem, quàm ad offensionem inimici. Ita Scipio præstantius arbitrabatur, vitam unius conservâsse civis, quàm decem millia hostium trucidasse, indè nobilius arguens, coronari myrtha, quàm lauro, ovationem mereri, quam triumphum, & ut ad Lacedæmoniorum morem loquar, sacrificare ovem, quàm gallum. Non fugit generosum pectus mortem, quandò vivere ampliùs honestum non est, & mori necesse, sed mori tamen nobiliter anhelat, non citra defensionem sui, ne suæ mortis author sit. Sæpius receptui se dedisse salubrius fuit, atq; honorabilius, quàm victoriam consecutum sanguinolentam, & Cadmearam semper detrimentosam illi, qui ad modum Jsadæ congredi paratus, quem Ephori mulctârunt, quod sine scuto vicisset. Et quis nostrum tantæ vesaniæ est, bellicæ fortunæ ut suadeat quenquam se exponere, remotis armis defensivis? Eo sanè modo si viceris, inglorius eris temeraria victoria, si victus succubueris temeritatis tuæ comitem diffamiam habebis. Indè est, quod Homerus fortissimum quemq; melius describit fuisse armatum. Ichneumon animal ad pugnam quandò se præparat, luto se incrustare consuevit (Plutarchus *de solertia animalium* extat *parte 3. pag. mihi* 48.) & homines ad certamen non firmato transibunt pectore? Non ita conveniens sine munimento periculum subire, sed præstat charius suum vendere sanguinem, & corpus muro quasi aheneo circundare. Quoniam verò arma omnia densensiva sub scuto veniunt, Reges, Principes, nobiles, atq; quicquid deniq; generosorum est, ac fortium virorum, scutum sibi elegerunt, quò monstrarent, non sui se tantùm armari gratia, sed ad defensionem quoq; subditorum, amicorumq;. Non itaq; à verò aberrabit, scutum qui dixerit verum Nobilitatis objectum campum, cui semina creduntur virtutis, undè signa prodeunt nobilia, scrinia insigniorum ad perpetuitatem facta. Eodem planè modo quo Germani nostri scutum habebant instrumentum, cui imponerent infantes super Rheni flumina, ad cognoscendum legitimos, propriosque præ spuriis, & suppositiis; ita nihil reperire datum, quod exactius nobilem à Plebejo discernat, familiam à familia separet, legitimum à Spurio distinguat, quam Scutum, cui vera impressa sunt Insignia. Verum, ut Pompejus, dixit ad illos, qui Cæsaris ut impedirentur conatus, gladio se

dicebant

dicebant paratos, se & gladio & scuto paratum, ita statuere aptum est, Unum alteri junctum Nobilem reddere invictum. Quod si horum unum stilum, aut penicillum dixeris, qui scribat & pingat honoris notas, colore & lineis mortalitati non subjectis, alterum pro tabula habebis, & ære immortalitati consecrato. Romani Clypeos à Græco γλάφειν dixerunt, quod cælare, vel sculpere est, cùm gladius hostilis in scuto fortitudinis notas ejus, qui se probè defendit, exarare soleat. At undè firmius testimonium, quàm ab hoste? Illis, qui primùm ad militiam transibant, scutum quidem datum fuit, sed purum & nitidum, cui nihil adhuc insculptum. Hoc, & quod Virgilius ait.

——————*parmaq; inglorius alba.*

Tabulæ erant adhuc bonæ spei & fortunæ, quas virtute propriâ licebat exornare. In genere verò magna ubiq; inter gentes scuti relligio. Apud Germanos qui scutum amiserant in acie, sacris posteà interesse non poterant. Alex. ab Alexandro *lib. 4. genial. dier. c.* 17. Cossias Scæva in Britannico littore, cum quatuor commilitonibus in scopulo relictus, cum mari abeunte hostibus adire fas esset, atq; ii confertim irruerent, desertus ab aliis solus impetum sustinuit, multos dejecit, aut occidit, deniq; armis suis onustus, solo scuto abjecto in mare se dedit, & ad Cæsarem natavit. Qui stupens ad viri virtutem laudare parabat; at ille disciplinæ remor, da veniam, Imperator, inquit, quod Scutum reliqui. Lipsius *lib. de magnitudine Romana, cap. 4. p.* 175. Valerius Maximus *de fact. & dict. memorab. lib. 3. c 2 num.* 94. Scuti hanc religionem, ejus introduxit usus atq; necessitas. Reliqua arma, cuiq; sua prosunt, scutum verò totâ conservat aciem. Horatii Coclitis memorabile factum est.

Is Hetruscis in urbe ponte sublitio irruentibus, extremam ipse pontis partem occupavit, totum hostium agmen, donec post tergum suum pons abrumperetur, infatigabili pugna sustinuit, ut Valerius Maximus *d. l. n.* 85. scripserit, unus Urbi nostræ tantum scuto suo, quantum Tyberis alveo munimenti attulit: quapropter discedentes Hetrusci dicere potuerunt: Romanos vicimus, ab Horatio victi sumus. Aristagoras, qui Atheniensibus persuadere conabatur, contra Persas ut arma susciperent, facilè hos vinci posse monstrabat, cùm nullus apud eos scutorum usus. Habent prætereà scuta & in offensione locum, hoc est, non defendunt modò, sed & offendunt. Scutum habuit Brasidas, quod telum hostis tantâ repercussit violentiâ, ut frontem ejus haud leviter feriret. Nostris alibi rostrata supersunt scuta, ad feriendum aptissima.

Descendo nunc ad notas, quæ clypeis, scutisvè inherent. Roma- 49.

norum si hic spectamus morem, sciendum est, scutis non modò fuisse additas picturas, sed & inscriptiones. Picturis cum ferè & reliquæ gentes sua exornaverint scuta, de illis paulò post conjunctim agamus, inscriptiones primùm videbimus. Illas autem, vel in exteriore Scuti parte, vel in adversa, & interiori fuisse deprehendo. Exterior pars inscriptionem ejus, cujus nomine bellum gerebatur, aut belli Ducis recipiebat, *&* interdum Centurionum quoq;. Prius Hirtius de bello Alexandrino, alterum Dio in Domitiano indicat. Ait ille: *Cn. Pompejus se provinciam recuperare velle præ se ferebat.* Id quâ mente fecerit, conjecturâ sciri non potest. Certe hoc præ se Thorius ferebat: milites adeò fatebantur, ut Cn: Pompeii nomen in scutis inscriptum haberent. Hic verò ita: Julianus cum alia benè instituit, tum & milites jussit sua, & Centurionum nomina scutis inscribere, ut nobiliores essent, qui strenuum aut ignavum aliquid fecissent. Quæ loca Lipsius in analectis ad militiam Romanam habet *pag.* 279. In adversâ scuti parte quid scriptum fuerit, nos docet Vegetius *de re milit. lib. 2. c.* 18. Præterea in adverso scuto, ait, uniuscujusq; militis, literis nomen erat adscriptum, addito, ex qua esset Cohorte, quave Centuriâ.

50. Picturæ autem vel propriæ erant, cuiq; suæ, vel communes gentibus, legionibus, cohortibus erant, quod in Notitia Imperii discimus.
Item è Vegetio *d. l.* Ne milites in tumultu prælii à suis Contubernalibus aberrarent, diversis cohortibus, diversa in Scutis signa pingebant,
52. ut ipsi vocant, *δίγματα*, sicut etiam nunc moris est fieri. Propriæ quæ erant, illæ aut tantùm ad pompam & ornatum factæ, aut ad notam gestantis, ad cognoscendum imagines, factaq; propria vel antecessorum, vel deniq; ad terrorem. Quæ ornatum respiciebant, illæ ut simplicioris ductus, aut compositæ, & cultiores erant. Prioris generis pictura Germanorum fuit, de quibus Tacitus testis est, quòd tenues & fucatas colore tabulas habuerint. Fuisse eandem & aliis Silius indicat *lib* 3.

Versicolor contra Cetra, & falcatus abarte
Ensis Adyrmachidæ.

Cœteræ ad ornatum variæ erant picturæ, animalium, plantarum, hominum, divorum, & pænè omnium, quicquid in rerum natura, Plutarch: libello de solertia animalium, Vlyssem, ait, Delphinum in Scuto habuis-
53 se. Idem, quem modò nominavi, Plutarchus, *in Græcis* scribit, eum, qui Lysandrum interfecit, insigne Clypei Draconem habuisse, eoq; Oraculum admonuisse, ut Draconem vitaret. IDEM de Spartano quodam, qui Clypei Insigne muscam haberet, vivâ nihilo majorem, cumq; irrideretur ab aliis, quasi ab ignavia & metu ita faceret, ne hosti conspicuus esset; imò, inquit,

quit, ut agnoſcat. Uſq; eò enim accedo, ut cernere cominùs poſſint ſigni mei modum. Plinius Mecænatis inſigne Ranam fuiſſe ſcribit. In libello de Progenie Auguſti, Æneæ & Antenori ſus pro inſigni tribuitur. Rein. Reinec: von deß Adels anfänglichen herkommen. *p. 166.* Athenæus *lib.* 12. Alcibiadem ſcutum ex Ebore & auro confectum habuiſſe, & in eo Cupidinem pro inſigni, qui brachiis fulmen complecteretur. Ju- 54. venalis imagines quoq; in Clypeis agnovit.

Pendentesq; Deos perituro oſtenderet hoſti,

Quos Lipſius *d. l. p. 278.* Romulum & Remum de Lupa pendentes interpretatur, & oſtenderet, ait, nempè admoto Scuto. Majorum quoq; facta pictura, ſub qua & cælatura venit, in Clypeis expreſſit, ſcutisque. Silius *lib. 8. de* ſcævola quodam.

Scævola, cui dira cælatur laudis honorâ
Effigie Clypeus, flagrant Altaribus ignes
Tyrrhenum, valli medio ſtat Mucius, ira
In ſemet verſa.

Aut imagines eorum, ut de Scipione Africano idem *lib. 17.*

Terribile oſtentans clypeum, quo Patris & unà
Cælarat patrui ſpirantes prælia dira
Effigies.

Aut familiæ ſuæ Originem, ita Ovidius:

At Nileus, qui ſe genitum ſeptemplice Nilo,
Ementitus erat, clypeo quoq; fulmina ſeptem,
Argento partim, partim cælaverat auro.

Sed & proprias fortaſsè laudes, & facta cælabant: quod liber *de Bello Hiſ-* 56. *panienſi,* & ſi parùm integer, ſubjicit, de ſingulari congreſſu inſignium duorum militum: Cùm ad dimicandum in planitiem ſe contuliſſent, ſcutorumq; laudis inſignibus præfulgens opus cælatum. Lipſius *d. l.* Atq; quod de antiqua conſuetudine, idem & hodiè obtinet. Scilicet aut à majoribus accepta, aut à nobiſmet ipſis parata, vel beneficio Principis ſuſcepta inſignia ſi ſpectemus, ea tanta licentia per totum vagantur univerſum, ut quicquid ſublunarium ſit, ſed & celeſtiū id ſuſcipiant omne: Et ne his quidem contenti multas inſuper alias ſibi afforment figuras. 57.
In quarum Explicatione Oedipos qui agunt, bubulorum capita fortitudinis, junctæ cum prudentia, ſignum dicunt. Leones magnanimita- 58. tem heroicam, bellicum robur, & clementiam erga ſubditos, interpretantur. Cygnum, amorem artium: Canes fidelitatem; gallos vigilanti- 59. am, atq; animoſitatem, arietes eminentiam, pelles Hienæ, contemtum Fortunæ & calamitatis; formicas cognitionem & prudentiam, trabes Oecono-

Oeconomiam; columnas fidelem Reipubl. sustentationem notare ajunt. Chassan. in *Catal. gloriæ mundi d. part. 1. consid. 38. Conclus. 84.* Pierius *sparsim per totum Opus Hieroglyphicum.*

60. Rosa aliis suavissimæ multorum refectionis & liberalitatis nota est; aliis verò taciturnitatis, & silentii signum. Hoc innuunt à Lemnio *c. 45. de plant. biblic. p. 142. expressi versiculi.*

Est rosa flos Veneris, cujus quò furta laterent,
Hac pocrati matris dona dicavit amor.
Indè rosam mensis hospes suspendit amicis,
61. *Convivæ ut sub ea dicta latenda putent.*

Rosa rubra, & alba, diversarum factionum insignia aliquandò in Anglia fuerunt, totius Regni malo; vit. Pasq. *lib. 5. des recherches de la France chap. 21. p. 629.* Quod si ad totum cujusq; insigniorum Corpus, atq; adeò à generali ad specialia deflectimus, unius quandoq; in explicatione tot habebis sensus, quot capita, & Poëtarum maxima in eo præ aliis licentia. Familia Medicea, quæ Florentinis hactenus duces dedit, in Insignibus habet sex globos, de quorum origine, atq; significatione varia circumferuntur judicia, prout cujusq; adfectus est. *Les armes anciennes de Medicis estoient les bales de queules sans nombre en champ d'or. Elles furent peu à peu reduites à six en triangle, la septiesme est sur le milieu du coste de dessus, chargée des armes de France.* ita Pierre de Boissat *an brillan de la Royne, ou des uies, des hommes illustres de la maison de Medices p. 346.* Alii ab initio certum globulorum agnoscunt numerum, colorem illis tribuunt rubeum, campumq; cæruleum. Nec inter eos hæc sufficit differentia Globuli quid notent, si quæras, majus hic surget dissidium. Alii ex Mediceorum majoribus eum, qui insignibus, & nomini originem dedit, medicum fuisse professione assertant, globulosq; illos pillulas notare, Græcis καταπότια dictas, quarum usus in Medicina frequentissimus. Alii pilas illas esse ajunt quarum aliæ sursum, aliæ deorsum vergant, ut significetur Fortunam Mediceos pro pila habuisse, mox in altum rapuisse, mox ad ima detrusisse Et ad hoc ferè cum aliis Julius Cæsar Bulengerus respexisse noscitur, hoc Epigrammate:

Qui fuerat quondam fortunæ mobilis orbis,
Non tulit incertas longius ire vias:
Sed Medices gentis fulvo se vinxit in auro,
Inconstans aliò ne male flectat iter.

Hos præter, alii sunt, qui Petrum aliquem, huic suæ familiæ, quæ habet, parasse dicunt insignia. Erat enim Italia Gigas aliquis, qui à catenis depen-

dependentes ferreos globos secum ubiq; gestare solitus, quibus occurrentem quemvis percutere, atq; hoc modo morti dare volupe ducebat. Hunc contra cum pugnaret Petrus ille, in congressu gigas, Mugel, ni fallor, nomine, ejus scutum vehementi plaga, globis suis, recenti à nece perpetrata adhuc sanguinolentis percussit adeò, ut globorum figura, sanguine conspersa scuto inhereret. Posteaquam itaque valida manu gigantem interemisset, insignum rei gestæ, quòd aliena arma suis impressserant, pro insigni tulit. Hanc ego varietatem proindè annotare volui, ut uno exemplo judicium haberes, in aliis quamplurimis consimilem esse discrepantiam, ex quibus cui opinioni tuam jungere velis, tibi integrum relinquo. Ego ad alia. Quod pullum Equum atrum pro insi- 62.
gnibus Saxonum Duces antiquitùs ferrent, indicare voluerunt se animosissimos, & bellatores fortissimos esse, & difficilime jugum, & frena admittere. Videmus enim nigros Equos, si nullâ albâ notâ insigniantur, ferè indomitos manere. Joh. Gotop. Becan. *lib. 6. antiquit. Antuerp. p. 655.*
Lutetia in insignibus suis habet navem liliis passim conspersam, *pour* 63.
monstrer que Paris est la capitale, & comme maistresse des uilles Francoises, de la quelle le Roy est le chef, Seigneur, & Patron comme celuy, qui commande sur une neuf, en toutes choses abondent: Girard. *tom. 1. del' histoire de France lib. 9. p. 970.* Kayser Wenceslaus/ *de an.* 1406. Hat denen Badern auß gna- 64.
den verliehen/ daß sie sich allesampt dieses Wappens gebrauchen solten/ als nemblich in einem an denen Schilde eine blawfarbige Knodenweisse gebundene binden zuführen/ darin in der mitten ein grüner Papagey stehen solte: Goldast. *tom. 2.* der Reichssaß. *p.* 82. Hoc non nemo ita interpretatur, ut hujus farinæ hominum garrulitatem loquaci aviculâ expressam autumet. Cæterum & scuti quoq; varia distributio est. Ita enim lego 65.
ès essais des merueilles de nature de Rene Francois chap. 42. p 332 les points, ou places principales d'Essu sont neuf. Le premier, second & troisiesme point du chef del' Escu. Poinct d' honneur Poinct de la face, on fesse, ou milieu del' Escu. Le Poinct ou place dite le nombril, on bas de la fesse. Poinct de la dextre, de la poincte, La senestre. Poinct & bas de la pointe.

Colores quoq; non sine interpretatione à curiosis relicti. Fuscus & 66.
niger (qui inter colores infimus dicitur *Br. in tr. de Insign. vers.* color niger) denotat potentiam, perseverantiam, patientiam, prudentiam, Chassan. *d. consid. 38. concl. 17. & 66.* Aureus (qui & color nobilior, & ad recognoscendum nobiliorem, respectu insignium, notat: Martin. Laudensis *tr. de dign. quæst. 9.* Somnium viridarii *tr. de potest secul. & Eccl. c. 33. n. 1.*) denotat sapientiam: Cæl. Rhodig. *lib. 4. antiq. lect. cap. 24.* desiderium, lætitiam, & fidelitatem: Guilhelm. Benedicti *in c. Raynutius. ver. duas habens*

filius n. 110. ext. de Testa. Saphirinus, & Azurinus, seu Cœruleus (qui color est excellentior: Paris de puteo *tr. de re militar. lib. 7. quæst. 3. n. 17.* postponitur tamen aureo & purpureo, *Br. in d. tr. de arm. & insingn. vers.* sequens post prædicta) denotat pulchritudinem, humilitatem, sanctitatem & devotionem. Chass. *d. consid. 38. conclus. 65.* Argenteus puritatem, innocentiam, integritatem, eloquentiam: *c. legimus, vers. legitur. dist. 37.* Chass. *d. consid. conclus. 62.* Albus fidelitatem, castimoniam, puritatem. Claud. Minois *ad emblem. 117. Andr. Alciati.* Viridis lætitiam, honorem, amorem: Chass. *d. consid. conclus. 67.* Purpureus, qui in præstantia sequitur colorem aureum: Br. *d. tr. vers sequens color denotat liberalitatem,* abundantiam, & divitias; Chass. *d. cons. conclus. 68.* Rubeus audaciam, altitudinem & virilitatem. Gratian. *tom. 2. discept. for. c. 319. n. 26.* Chass. *d. consid. Conclus. 63.* Colores medios quod attinet, ii sunt nobiliores, secundum plus, minusq;, quo appropinquant albedini aut nigredini: Br. *d. tr. vers.*
66. *colores autem medii.* Nolden. *d. c. 21. n. 10. & seqq.* Metalla quod attinet, ad insignia non adhibentur alia, quàm aurum & argentum. Claude Fauchet *del' origine des Cheualiers chap. 2. p. 19.* ubi idem in sequentibus colores longè explicat aliter, ac modò factum, dum ait; Colores ad insignia non adhibentur alii, quàm *gueulles, qui representa le feu; azur pour le ciel, sinople pour Lamer. sable pour laterre. Autres adioustent pourpre à cause de la Noblesse de sa couleur, car jadis c' estoit la vesture des Empereurs, & Magistrats Romains. Toutes fois mon liure des armoiries dit, pourpre qu'on dit riche couleur, n' est que mie couleur. Car prenes de toutes Cil entend gueules, azur, sinople, & sable) autant del' une, que del' autre, & mesles ensemble, ce sera pourpre. Plus en armoiries entrent deux panes, vair & hermines. Et que vair est seulement faict de deux couleurs, sçauoir argent, & azur; ce qui n' a pas tousiours estè observè tant rigoreusement faict de deux couleurs, sçavoir argent & azur; ce qui n' à pas tousjours estè observè tant rigoreusement.* Et quoniam semel Gallicum idioma nostris inserere placuit, in gratiam eorum, qui hoc amant callentq;, subjiciam ea, quæ hanc in rem annotata reperio, par Rene Francois, qui scripsit, *Essay des merueilles de nature chap. 42.*
67. *pag. 331. Toute armoirie est composée de deux metaux or & argent, & de cinq couleurs, qu' on nomme, Gueulles (rouge, cinabre, ou uermillon, azur,) sable Ce est a dire noir) synople ou synope (c' est a dire uerd) Pourpre, c' est a dire meslé d' Azur & rouge de fason que sont sept metaux ou couleurs. Les modernes en adioustent deux, a sçauoir Orange, ou tanne, & sanguine ou laque, & couleur de Rose. Il y a deux sortes des Pennes, c' est, a dire fourrures, d' Hermisres, & de Vair ou vaire. L' hermine est d' argent & de sable: le vair d' argent, & d' azur. Iuuge si placet l' inventaire general des plus curieuses recherches du Royaume d' Espagne,* faict *par A. de Salazar chap. 7. p. 107.* Deme-

De metallis & coloribus hæc observanda regula est, quod in insignibus metallum non ponatur supra metallum, nec color supra colorē. *En celles de Godefroy de Bouilon par advu de seigneurs on y fit une chose extraordinaire, mettant metal sur metal, a fin qu' on eut occasion d' en demander la cause, & sçauoir l' eminence de sa uertu*: Renè Francois *d. tr. p. 334.* Galeæ 68.
vox, nomenq;, undè sit, variâsse authores reperio. Plinius *lib 7. c. 56.* putat, galeam à Lacedæmoniis inventam. Alii ut insignia ad Cares, ita & galeam referunt: Quod dum conantur, galeam à gallo deducunt, cujus formam illi summitati capitis armati imposuerunt, à Persis indè, teste Plutarcho, galli dicti. Varroni galea à Galero dicta, quo multi Antiquorum usi. Scaligero ad Varronem videtur ἀπὸ τῆς γαλῆς, à fele. Olim enim ex diversorum animalium pellibus conficiebantur. Quod patet ex ipsis nominibus apud Poetas. Sunt enim apud illos κυνέαι λυκέαι. Sic etiam, quod ex felina pelle fierent, γαλέαι dictæ. γαλῆ enim felis est, vel simile animal ei, quod vocant ἴκτιν. Quare & Homerus quoq; ἰκτιδέην galeam vocat. Consentit Lipsius *de militia Romana lib. 3. dialog. 1. pag. 159.* Isidorus Galeam à casside distinguit, quod cassis de lamina est, galea de corio. Quod si primis ita temporibus, postea non fuit, ubi & galea ærea, vel alio ex metallo fuit. Lipsius. *d. lib, 3 dialog. 5. p. 190.*

Sanè prisci tegmina ferè petebant à feris, prout cuiq; facultas erat. 69.
A leonibus alii; testis est Statius *lib. 7.*

Tela rudes trunci, galea vacua ora leonum.

Et Virgilius *de Aventino Ital. lib. 7.*

Ipse pedes tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum seta cum dentibus albis
Indutus capiti, sic regia tecta subibat.

A lupis. Propertius *lib. 4. eleg. 1.*

Et galeæ hirsutá compta lupina juba.

Et alibi Virgilius——————spicula gestant
Bina manu, fulvosq, lupi de pelle galeros.

A serpente. Claudianus *lib. 1. de laude Stilci:*

Serpentum gestant patulos pro cuspide rictus.

Ab ursis. Statius *lib. 4.*

Ille Lycaoniæ rictu caput asperat ursæ.

Tales ferè Germanorum fuerunt, quos Tacitus, contectos humeros ferina pelle adire castrorum vias, dixit. Sumebant enim illi frequentissimè ursinas exuvias (hoc enim animal apud illos frequentissimum, ut & pro strato ejus ipsis pellis esset. Undè & nomen illud nostris adhuc moribus odiosum, Bernhäutter/ manâsse credibile est. Tacitus de Germania: quoties bella non ineunt, multum venatibus,

plus per otium transigunt, dediti somno, ciboq;. Somno, inquit Cluverius *de antiqua Germania lib.1.c.16.pag.* 147. in pelle ursina, inde qui per ignaviam, pigritiam, & inertiam hanc nunquam relinquebant, vocabantur per contumeliam Bernhäuter/ id est ursinarum pellium incubitores) cevinas quoq;, & alias, & sic aptabant, ut capite capita velarent, ceteris humeros & dorsum. Sed non vera hæc erat galea, quæ cætera resecta pelle cupitis tantùm tegmen erat. Nobis hodiè galea isto significatu in usu non est, sed capitis, faciei, atq; colli tegmen (quod nos populari vocabulo Helm dicimus, & Itali *Elmo*, pro arma *durache arma il capo ela gola*) inimico ut præscindamus occasionem, quam Cæsar suos docuit in
71. Pompejanos, verbis, faciem feri. Nobis ut hodiè mores, galea duplex est, Stechhelm/ & Thurnierhelm/ illa Plebejorum est, hæc nobilium, tàm armatæ, quàm togatæ militiæ. Nam & Doctoribus juris hæc convenit; Berlichius *concluſ.practicab part.3.c.28.n.104.* Illa clausa, verschlossen vnd zugethan / hæc aperta, vel perforata offne Helm/ Wehner. *in*
72. *observat. practi verbo* Helm. Inter ipsos autem Nobiles quoq; differentiam constituit. Andrè Fauyn *liur. 3. des premiers officiers de la couronne de France chap.4.p. 290. Aux Roys*, inquit ille, *appartient de porter le heaulme au mezal tarrè de front à onze grilles. les ducs a hault fleuron, c'est à dire souuerains en leurs terres, ainse que Lorraine & Sauoye, neuf, les autres Ducs, Marquis & Comtes sept; & les hauts Barons, & cheualiers cinq les gentils hommes de si noble maison qu'ils soyent ne le doiuent tarrer de front, ains de coste seulement à trois grilles, les legitimes à droit, & les bastards à gauche, tout de mesme que le filet de leurs arme s'ils ne sont bastards de maison souueraine.* Sed theoricum hoc est, nec hodierna licentia istos patitur cancellos. De utrisq; autem galeis plenius nemo (an melius tuum sit judicium) qui mihi visus, quàm Moreau. *d. tr. des armoiries de France chap.5 p. 178.* cujus hic præstat asscribere verba. *Afin qu'on ne comballe sans visée à la facon des Andabattes, il y a certaines ouuertures que le Poete Brico appelle fenestres distinguées par barreaux, & greilles, dont le plus grand nombre nous signifient une plus grande dignite. Et d'autant que le tymbre qui est de front en monstre plusque celuy qui est de costé, le tymbre de l'Empereur, ou Roy doit estre affronte, & en tous cens pour marsque d'une plenitude de puissance, & monstrer qu'ils ont l'œil par tout: en cores dit on qu'ils doiuent monstrer, le premier, onze barreaux, comme nombre qui excede le nombre mesme le second neuf, le dernier impair, & ceux des Marquis, & des Comtes un peu couronnez, n'en monstrent que sept, pour autant d'ouuertures de nostre teste. Ceux des Barons, & Cheualiers n'en doiuent faire veoir que cinq, pour les cinq sens de nature: ceux des Gentils-hommes trois, le dernier impair, & le dernier masle, pour les*

trois

trois races dont ils doiuent estre extraits, & pour les trois noms qu'ils portoient anciennement: les autres barreaux de ces Heaumes sont caches, à cause de la perspective: & quant à ceux qui ne sont q' Escuyers nobles, & les premiers de leur race, ils ne doiuent pas seulement asseoir leurs tymbres en veue de coste, & à demy face, comme ces images en pour fil, que les anciens appelloient lousches, dont parle Iuvenal.

Et statua meditatur prælia lusca.

Mais n'en doiuent auoir que chos, & fermés, les visiere, œillere, & nazal, qu'on appelle ventaille, abbatus, les plattes restrainctes, & attachees: ce qui est pour monstrer qu'ils doiuent plustost obeyr auec silence que commander auec bruit, & qu'ils n'ont rien à uoir sur les actions d'autruy. Ceste mesme assiette distingue les Tymbres des bastards, de ceux des legitimes: pource que ceux là doivent porter les leurs tournés sur le coste gauche, en signe, & pour marque de bastardise. L'autre difference est que les Rois peuuent user de Tymbres d'or, tout ainsi qu'en labataille ils s'arment de heaumes de mesme, enrichis de pierreries. Les Ducs, & Comtes n'en peuuent porter que d'argent, ou argentés, & tous les autres doiuent estre de fer. Illud quoq; ad discriminandos Reges, Principes & Duces, à ceteris inferioris ordinis Nobilibus, olim in torneamentis pertinuit, quod Galeati ibi Reges atq; Principes non comparuerunt, cæteri nobiles comparuerunt, ut supra de torneamentis retuli. Nec verò quilibet, cui insignia sunt, protinus supra campum galea utitur; nonnullos professio impedit, nonnullos sexus. Professio, seu vitæ genus impedit I. Pontificem, qui pro galea tiaram triplici corona exornatam gerit. II. Cardinales, insignia tegunt pileo rubro, seu galero, quem Innocentius quartus, ut eorum ordinem augustiorem redderet, primus illis attribuit. Turcelinus *epitom. histor lib. 9 p. 384.* III. Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates mitras habent, sed inter se paululùm differentes. Archiepiscopi etenim mitræ adjunctam crucem habent; Episcopus lituum, einen Bischoffsstab. Abbas mitram solam, aut lituum solum. Et mitra quidem hujus *doit estre assise non de front, mais de coste.* Moreau *d. l.* p. 222. Sunt tamen nonnulli Prælatorum, qui & mitra & galea utuntur, in quibus scilicet dupla concurrit jurisdictio, & respectus. Sexus mulieribus impedimento est, quò minùs utantur galea. Conqueritur Fauchet. *d. l. Reginæ*, quæ olim erant ornamenta, hodiè à qualibet Nobili fæmina assumi. 75.

Mais ceci, inquit, *ne peut estre endure sans despit, qu'il n'y ait Damoselle, qui ne porte ses armoiries entoureles de cordelieres les quelles ne souloient se donner qu'aux grandes dames, de la maison comme la marque d'honneur que la Royne Anne de Bretaigne donnoit à celles qu'elle choisissoit, ainsi que le*

Collier, à coquilles jadis donnè pour les Royaux Chevaliers de l'ordre de S. Mich. Sed & illustriores fœminæ coronas scutis imponūt Regias, atq; Ducales &c. pro cujusq; dignitate. Illud quoq; de muliebris sexus personis silentio in voluendū non est, *que les filles, qui meurēt deuant que d'estre mariées, ont bien souuent un escu, ayant la moitié droite lozange d'or ou d'argent, pour monstrer l'attente d'alliance.* Essay *des merueilles de nature chap. 14. p. 345.* Le donne (inquit Geronimo di Vyrea *dell' honore militare part. 2. p. 104.*) *non doue rebbono portar in scudo le arme. ma le portano per costume* Perciochè *le arme della donna s'hanno da mettere in un quadre quadrangulo; & la donzella se non è signiora di stato ha da partire con una linea lo scudo, o quadrangulo per mezo dalla punta altarino alla bassa & nella parte sinestra ha da mettere le sue arme, & la parte destra ha da essere sgombrata aspettando l'arme del marito, che quiui si ha da mettere.* Ornamenta galeæ, quæ in libro torneamentorum Cleinodia appellantur, varia hodiè sunt,
74. ut & olim quoq;. Habebant veteres bonæ notæ milites in galeis potissimum. I. apicem plumeum, pennasq; puniceas aut nigras, tres rectas, ad cubiti longitudinem, qua vir duplo major apparebat, pulchra specie, hostiq; formidulosa, ut Polybius ait. Audis ad ornatum hæc posita, & ad terrorem, ego tertium addo, ut essent cognobiles. Hoc Vegetii exprimit locus *lib. 2. c. 16.* Centuriones habebant galeas ferreas, sed transversis, & argentatis cristis, ut facilius agnoscerentur. Pennæ verò istius non tantum erant colores, cujus meminit Polybius, sed præterea variorum. Oloris candidi, Virgilius.

Cujus olorinæ surgunt de vertice pennæ.

Pavonum variegati. Sed fallor, ait Lipsius *d. l. 3. dial. 5. p. 194.* aut Regia & Junonia hæc avis, non nisi in Regum & Principum usu fuit. Indicat Claudianus, qui Honorio suo talem dat,

Quod picturatus galea Iunonia cristis
Ornet avis.

Et scriptor panegyrici ad Maximinianum: Offert tibi etiam nunc puero galeam, auro gemmisq; distinctam, & pennis pulchræ alitis eminentem. Habes hic ornatum, quem & hodiè ubiq; bellatores in pretio habent, & Orientales passim, atq; etiam rudes isti in novo orbe. Videamus an & terrori unquam fuerit. Elegans eam in rem exemplum memorat Plutarchus *in Arato*, (inter opera mihi *tom. 3. p. 302.*) Ætoli postquam civitatem Pellenam occuparent, milites per domos dispersi, de præda digladiabantur, seq; mutuò pellebant, & duces ac Centuriones cirumibant filias Pellenæo-

lenæorum, atq; uxores rapientes, suasq; galeas eis imponebant, ut nemo
alius eas raperet, sed galeæ singularum dominos indicarent. Hæc illis
agentibus subitò annunciatur Aratum adesse, & terrore, qualem par
erat sequi tantam confusionem, exorto, priusquàm ad omnes nuncius
periculi perveniret, jam ii, qui apud portas & suburbia Achæis se obje-
cerant, victi fugatiq; retrò cursum tendebant, cæterosq; jam agmen fa-
cientes, & sub venire parantes perturbabant. Eo in tumultu, una de
Captivis, Epigethis filia, Viri Illustris, formâ & statura corporis eximiâ,
fortè tum in fano Dianæ sedebat, quo eam delectorum militum Præfe-
ctus collocaverat, sibi prædæ ductam, suaq; galea insignem. Ea subitò
ad tumultum ex Fano procurrens, cum ante fores adstitisset templi, &
impugnantes inspexisset, capiti impositam gestans galeam, tribus cristis
ornatam, cum ipsis civibus spectaculum divinum visa fuit, tum hostes
divinitùs objectum spectrum cernere putantes, terrore & consternatio-
ne implevit, animumq; repugnandi omnem excussit. Quod si nunc cri-
stis pennisq; totum non tribueris terroris hunc ortum, non repugnabo 76.
quidem, at Polybium non protinus dicam aberrantem. Illud quoq; me
non fugit, religionis & reverētię ergò nonnullos esse peñigeros. *Dapoiche
Zingi Han fu serbato in vita da un gufo, percioche essendo questo uccello volato
sopra alcuni arboscelli, sotto à quali stava nascosto Zingi, per timor dé nemici,
che lo seguiuano, fu creduto da loro chi jus neu ui potesse esser alcuno, poiche ui
staua come sicuro; onde i Tartari, dice Haytone, tengono detto uccello in tanta
riuerenza, che chi pote hauer all' hora delle sue penne, si tenne felice, e gli altri
tutti poi de mano in mano ne sono an dati portando di simili, sopra la testa in me-* 77.
*moria di cotal fatto, e per riverenza: L' Ottomanno di Lazoro Soranzo part. 2.
n. 61. p. 100.* Hinc viderint illi quàm proba ducantur præsumptione, qui si
Scholaris pennam in pileo, ut loquitur Rebuffus *de Privileg. Scholar. pri-
vileg. 94. p. 277.* deferat, levitatis indè mutuantur signum. Ut maxi nè enim 78.
ille miles non sit, militum tamen nonnullis gaudet Privilegiis, & cultior
ipsi ornatus, etiam in quiete literariâ, non denegandus. Habebant præ-
terea, Martis pulli alii, in galeis avium figuras integras. Minervæ nonnul-
li attribuunt noctuam, quæ Atheniensibus pro insigni erat, & bono au-
gurio. Notabile est, quod Diodorus Siculus annotavit de Agathocle. Is
cum haud obscuris deprehenderet signis exercitum suum ad maximum
numerum hostium trepidare, in pugnantes eos magnam copiam noctu-
arum, quas hinc indè anteà collegerat, immisit, quæ cum nonnul-
lorum galeis, aliorum clypeis insedissent, exercitus quasi à Pallade
ablegatis certæ victoriæ nunciis tantâ cæpit pugnare alacritate
& fero-

& ferocia, ut hostem contra copiosissimum Victoriam obtineret. Phi-
dias Eleeis statuam Palladis formavit, cujus galeæ gallum imposuit, ani-
mal ferox, & audax, quod pro honore & gloria pugnat non præda, præ-
nuncium lucis, & vigilantiæ, symbolum militiæ, duci aptissimum, Cares,
de quibus supra diximus, gallum supra galeam posuerunt. Diodorus *de
Gallorum ornatu* ita scribit: Galeas æreas capiti circumponunt, quæ ma-
gnas eminentias, verticesq; habent, & magnificam opinionem spectan-
79. tibus objiciunt. Aliis enim naturalia cornua apposita sunt, aliis avium,
aut quadrupedum animalium effigies expressæ. Non multum differens,
differens tamen, ut Lipsius *explicat in analectis ad militiam p. 285.* de Ger-
manis Plutarchi in Mario relatio est; galeas habentibus, quæ assimila-
rent terribilium ferarum rictus, aut alias peculiares facies, easq; cristis
80. pennatis exstruentes, quò majores, quàm erant, apparerent. Julius Cæ-
sar & Augustus, ut sui generis originem notarent à Venere, Diva illa
amoris, ejusdem stellam in galea portârunt, indè Silius.

——————Ille Deum gens
Stelligerum attollens apicem Trojanus Iulo
Cæsar avo.

Et Virgilius:

——geminas cui tempora flammas
Læta vomunt, patriumq; aperitur vertice sydus.

81. Constantinus Magnus, primus Imperator Christianus galeæ unicum
habuit clavum unum, ex illis, qui Salvatorem mundi cruci alligarunt.
Ex iisdem alterum fræno equi sui jungi curavit, amuletum contra Dia-
82. boli, hostiumq; insidias. Marci Valerii Corvini historia notissima est;
Pugnansis cominus cum Galloquodam, in subsidium ei venit corvus, ro-
stro, alis, ungulisq; in hostem fortiter pugnans, Corvino facilem pepe-
rit victoriam. Cujus in memoriam Corvinus, successoresq; corvum ga-
leis adoptârunt suis: Aulus Gellius *lib. 9. c. 11.* Audiamus filium:

————Nomenq; superbum
Corvinus, Phœbea sedet cui casside fulva
Ostentans ales, proavitaq; insignia pugnæ.

83. Virgilius Turno Chimeram, galeæ apicem tribuit?

————galea alta Chimeram
Sustinet, Æthnæos efflantem naribus ignes.

84. Hostium alii spolia (quæ & scutis inserere moris erat) galeis suis aptâ-
runt, fortassis, ut in loco excelso positæ figuræ longius sui splendorem
insinuarent aliis. Quid Silius Flaminio Consuli tribuat, præstat dispicere.

Sylla

Sylla, superfracti contorquens pondere remi
Instabat, sævoq; canum pandebat hiatus,
Nobile Gorgonis spolium, quod rege superbus,
Bojorum cæso capiti illacerabile victor
Aptarat, pugnæq; decus portabat in omne.

Atq; hoc ex legibus belli duelliq; est, quæ victori ea honoris adjudicant signa, quæ antea devicti fuerant. Idem in Mediolanensium ducum armis apparet, de quibus supra diximus. Illud sicco non prætereundum pede, quandoq; galeæ easdem figuras impositas, quæ scuto insertæ conspiciuntur. Quo casu, quæ originis causa in scuto, eadem in galea erit: *Telle est la fleur de lis qui se void au sommet du tymbre, & couronne des armoiries de France, elle differe seulement de celles de l'escu: pour ce qu'elle est en plein relief & à quatre quarres pour estre apperceüe de tous costes; elle à encore cela de particulier, que les puinés de la maison de France ne là peuuent porter que double, & les bastards, soit des Rois, soit des princes de la mesme maison, ne peuuent aussi porter la fleur de lis, en cerendroit bien qu'ils soient aduoüez. Scobier Beaumon remarque à ce propos, que les Ducs de Bourggongne, princes de la maison de France portoient bien une fleur de lis double sur ton tymbre, mais que ne-antmoins leurs bastards ne l'oserent jamais, porter ains alieu d'icelle les bastards de Iehan Duc de Bourgongne porterent, & aussi leurs successeurs un arbre d'or, ceux du bon Duc Philippe y prindrent une Choüelle.* Mo- 85.
reau. *d.l.p.198.* Galeæ Regis Scotiæ insidet Leo, paululum in eo ab altero, qui in scuto conspicitur, differens, quod hic sedens appareat, unius pedis palmâ gladium ferens, alterâ vexillum crucis S. Andreæ. Verba Leoni hæc addita: in defens, quod est, meam in defensionem, cætera coronatus, corona vallari (quæ illi dari olim solita, qui primus vallum hostium fuisset ingressus) quæ si Boetium sequimur, à Ferithаro secundo Rege Scotiæ cœpit, postquam Pictos vicisset, castrorumq;, quæ habebant, perrupissent claustra. 86.
Quandò autem figuræ Scuti à galeæ notis differentes sunt, fortassis non improbabile est dicere, quæ in scutis sunt antiquiores esse, quæ in galeis recentiores, ut plurimum tamen illis non ignobiliores. Montmorancii in Gallia, supra galeam canem decumbentem habent, cujus interpretationem nimis longè petiit Moreau. *d. l. p. 202.* Mislinus Scaliger, & ipse eo in galeæ loco canem habuit, sed alatum. Galba Imperator annulo insculptum gestavit canem, capite prominentem ex navis prora. Nobilis præterea, ni fallor, Alefeldorum familia, canem pulvinari insidentem supra galeam habet. Ratio mihi alia non videtur, quam fidelitas, qua hoc genus animalium præ cæteris 87.

AAAAaaa laudari

laudari meretur. Homerus Telemacho duos adſcribit pro comitibus canes: Idem Virgilius *Evandro:*

———gemini cuſtodes limine ab alto
Procedunt, greſſumq; canes comitantur herilem.

Celtæ (Strabonis relatio eſt) loco militum extraneorum canes in aciem ſecum ducunt. Cimbris à Cajo Mario ruptis, cæſisq;, uxores, & domos plauſtris impoſitas canes defendere, ſcribit Plinius. Sed cum de canum fidelitate pleraq; congeſſerit Camerarius *lib. 1. horar. ſubciſ. c. 24. p. 123. &*
88. *ſeqq.* nolo ego in re plana, omnibusq; cognita amplius immorari. Tantùm hoc adjiciam, fidelitatem hanc cauſam eſſe, quod Regum, Magnatumq; tumbis canum ſtatuas excubitores ubiq;, præſertim in Gallia, videamus poſitas: Eandemq; cauſam eſſe, quod & ipſis ab aliquibus vel
89. ſtatuæ poſitæ, vel Epitaphia formata. Ad Palatium Doriæ, quod Genuæ vidi, hortus eſt, ubi infra Iovis ſtatuam canis conditum fuit cadaver, hac inſcriptione *parietaria: Qui giace il gran Roldano, cane del principe Giouan Andrea Doria, quale per la ſua molta fede, & benevolentia fu meriteuole di queſta memoria, & perche ſerue in vita ſi grandemente d' ambiſue le leggi, fu anco giudicato in morte douerſi colcari il ſuo cinere appreſſo del' ſommo Gioue, come vera mente, degno del Real cuſtodia*

1605. 8. noctis.

Fuit autem hic Canis, ut Genuenſes mihi retulerunt, Doriæ dono datus, ab Hiſpaniarum Rege, cum ſtipendio ad vitam annuo 500. Coronat.
90. Olim veteri Francorum & Suevorum conſuetudine uſitatum, Rebellibus atq; Refractariis imponere, ut Nobilis canem, miniſterialis ſellam, ruſticus aratri rotam de comitatu in comitatum proximum geſtaret. Eo de more Ligurinus *lib. 5. de geſtis Friderici, teſtis eſt:*

Quippè, vetus mos eſt, ut ſi quis Rege remoto,
Sanguine, vel flamma, vel ſeditionis aperta
Turbine, ſeu crebris Regnum vexare rapinis
Audeat, ante gravem quam fuſo ſanguine pœnam
Excipiat, ſi Liber erit, de more vetuſto
Impoſitum ſcapulis ad contigui comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre

Idem alio Sabinus expreſſit carmine apud Spangenberg: *in Mansfeld. Chron. c. 224. p. 251.* Exemplum ſuggerit Otto Friſingen: *lib. 2. c. 28.* quandò memorat, à Friderico Barbaroſſà Imperatore, condemnatum Hermannum, Comitem Palatinum Rheni, & decem ejusdem ſocios, Comitesque alios, quod ſe in Italia abſente prædationibus & incendiis pa-

cem

cem publicam turbassent, per integrum milliare Germanicum canem portare.

Canem autem huic actui adhibitum duplici de causa conjicit André Fauyn *aux traictès des premiers officiers de la coronne de France liur. 2. chap. 11. p. 198. La premiere, pour monstrer que le condamnè estoit de Noble extraction, auquel il estoit permis d'aller a la Chasse, & non à ceux d'autre condition. Et l'autre fin tendoit, a ce que le chien estant la marque & le symbole de la fidelitè enuers son maistre, le Gentil-homme conuaincu de felonie fust exposè à la ueue du peuple pour un meschant sans foy, & loyaute enuers son prince & bien facteur, & par consequent autant digne de punition que le chien, qui luy faisoit leçon pour sa fidelite, meritoit d'estre aymè, d'autant qu'il combat jusques a la mort pour secourir son maistre.* Desiit hæc pœna temporum incuria, at non æquè canum desiit fidelitas. In quam elegans Jacobi Micylli Epigramma est, quod superpondii loco dictis adjicio. 91. 92.

Inter quadrupedes canis fidelis,
Inter quadrupedes canis voluptas,
Inter quadrupedes canis Patronum
Cognoscit, veneratur, & tuetur.
Hic quæ tu jubeas facit libenter,
Hunc si tu ferias, dolet gemitq;,
Sed parcit tibi protinus revertens,
Hunc si tu expuleris, redit benignus,
Et caudam movet ille blandiendo.
Hunc si tu vieritis loquendo laudes,
Sentit quod loqueris, suasq; laudes,
Et gestit tibi gratias referre,
Hic te, si mare naviges sequetur.
Hic, tu si mare pernates, natabit.
Non te per medios relinquet æstus,
Non te deseret horridos per imbres.
Non te deseret asperas per Alpes,
Non te deseret ille per hostes.
Te tutabitur ille vel per hostes,
Te nam diligit ille diligenter.
Non te deserit ille vel diebus,
Non te deserit ille vel tenebris,
Te non diligit ille non amantem,
Si venaberis, ille per labores

Conatur tibi complacere semper.
Et prædam tibi vincit aut triumphos,
Illæsum leporem tibi reportans,
Pro te non rabidos recusat ursos,
Et dentes patitur furentis apri,
Cervos, capreolos, vafrasq; vulpes
Et sternit genus omnium ferarum,
Certè non sibi, sed tibi laborans.
Si solvis, jacet ille sic solutus,
Et jussus jacet ille sub catenis,
Non audens querulas movere voces.
Hic custos pecorum, tuæq; villæ,
Fures exigit arduos, vagosq;
Nec non arcibus ille præsidentes
Tutos insidiis facit latratu.
Non te pocula delicata poscit,
Non obsonia sobrius requirit,
Contentus latices bibisse lymphas
Nec non reliquiis, tuisq; frustis,
Qui tantos sibi sustinet labores.
Hos contendimus esse non habendos?
Hos contendimus esse non alendos?
Et non dulcius esse posse quicquam?
Inter quadrupedes canis fidelis,
Inter quadrupedes canis voluptas.

93. In locum animantium brutorumq; Florentini armis suis Angelum dabant, alas desuper explicantem, ut Campanus ait. Alii hominum susceperunt figuras, vel integras, vel dimidiatas, aut ex illis partem, membrumvè, brachium, manum, pedes, caput, aliaq;. Moreau integram hominis figuram Nobiliorem, atq; honorabiliorem non integra, æstimat, æquè ut apud Tartaros integra Leonis imago, nobilior habetur parte ejusdem tantum. *Familiæ Gallicæ de Lusignon saint Valier, Sainct Gelais,*

94. *Rochefoucaud, Larssau & de la Landa.* Nympham ornamentum galeæ habent, alii splendide circa caput compositam, alii passis capillis nudam ad umbilicum usq;, adeò ut inferiores corporis partes delitescere videantur, in vase lavatorio, ex quo paululum retro surgit, corpori adnexa cauda serpentina: Ferunt esse hanc effigiem in vulgus notæ nymphæ Melusinæ uxoris Raymundi, Comitis Lictaviensis, unde modò laudatæ familiæ se descendisse arbitrantur. Sed Conjectura de Moreau *d. l. p.* 207. alia

alia eſt,& vetuſtioris originis. Ex Herodoto habemus, Herculem prægnantem reddidiſſe Nympham, quæ ſuperius fœminæ ſpeciem, inferius ſerpentis caudam habuerit, exq; eadem tres progenitos fuiſſe liberos. Ex eorum uno Picti ſuam deduxerunt originem, à Pictis verò Pictones Galli (hoc eſt incolæ ejus tractus; qui illis Poictou vocatur) Inde itaq; probabile eſt, Comites Pictavienſes, hiſtoriæ huic fidem adſcribentes, ut memoriam generis ſui aliis clariorem redderent, iſthæc, quæ diximus, ſuſcepiſſe inſignia. Familia Coliniorum nobiliſſima, in Italia, Sirenem ſupra galeam habet, ad Pictorum repræſentationem, ex parte fæminam, & parte piſcem. Jovius author eſt, primum hoc in ſcuto fuiſſe in- 95.
ſigne, verùm in id poſtea columnam repoſitam, hocq; ad galeam revocatum, cui addita verba, contemnit tuta procellas. Johannes Rex Portugalliæ armis ſuis impoſuit Sphæram, quam alii ex poſtfacto præſagium dixerunt, novi, ſeu alterius, ut loquuntur, mundi ſub ipſius Imperio detecti. Hasq; antea ignotas mundo provincias, qui primus detexiſſe fertur Chriſtophorus Columbus. Ante Columbum eò penetrâſſe Galliæ aliquot Nobiles, ſcribit Andre Fauyn *d.tr. lib. 5. ult. pag. 307.*) ex conceſſione Ferdinandi Regis Caſtiliæ arma ſua exornavit globo ad mundi figuram facto, cui crux rubea ſuperaddita. Complures cornua galeis impoſita gerunt, notas honoris, non diffamiæ, ut ineptiſſimè aliis viſum fuit. Licet enim cornuti, quos dicunt Itali eos, qui Gallis jocu, Hahnrey ſunt, paſſim habeantur pro ridiculis, nihil tamen eorum patientia noſtra ad arma, ut rectè Nobilis Germanus aliquandò Senis, mea in præſentia, Italo galeam, quam ille cornibus exornatam habebat, irridenti, & ad cornutorum familiam revocanti, reſpondere mihi viſus, in porto le corna che ciaſcuno le vede, un altro le porta & non lo crede. Cornua itaq, arma atq; inſignia maximè illuſtrant, vetuſtiſſima ſunt geſtamina, & inſtar radiorum ſolis, aut ſplendidæ alicujus ſe habent lucis. Ita Moiſes cornutus pingitur, & fingitur, non alio ſenſu, quàm quod fulgida ejus facies, & ſplendorem atq; radios ſpargeret. Pyrrhus inſignia galeæ habuit cornua bovis. Perſeus cornua geſtavit, ſigna Regia, ut Livius teſtatur. Mirabile videre fuit, capite Cippi Prætoris cornua prominere, cumq; augures præſagium Regalis ipſi obventuræ potentiæ dixiſſent, eorum ille prædictionem reddidit illuſoriam, voluntario, quod elegit, exilio. Undè Romani ipſius collaudantes factum, portæ Civitatis ſuæ affixerunt caput æneum, cornibus exornatum. Alciatus, jurium interpres non incelebris galeæ impoſitam habuit alcem, animal ex cervorum familia, cornibus æquè cum illis pollentem. Non ſunt alii cornibus tantum contenti, ſed & eorundem animalium, à quibus cornua

aures, vel arrectas addunt, vel pendulas. Herodotus testis est, Æthiopios, qui Regi Xerxi auxiliares venerant, capiti suo eadem imposita habuisse signa. Nec sanè aures militibus otiosæ sunt, sed apertæ ad sonum tympani, aut classicorum, sed & ad Ducis monita.

Fremit auribus, & tremit artus.

98. Alii relictis animalium armis capitibusq; caudas earundem sibi appropriârunt. Joannes Lutzelburgensis, magnus Galliæ magister, galeam suam exornavit cauda vulpina, ea innuens, astutiâ res peragendas, nec leonis omnia domare robur, sed & caudæ vulpinæ quamplurimum locum dari.
99. Aliorum galeis vexillula imposita, ejusdem potissimum coloris cum cæteris armis, quorum numerum ferunt tot significare prælia, ad quot is, quiis utitur præsens fuit.
100. Deniq; Regum, principum, ducum, sed & quandoq; Nobilium galeæ coronatæ apparent, quod summæ dignitatis signum est. Sed maxima inter has coronas differentia est. Alia enim Imperialis dicitur, quæ clausa superius, pomo aureo, cui crux pro apice est. Clausa hac Imperiali corona etiam justo titulo utuntur alii Reges, qui superiorem non recognoscunt. Talis Galliæ Rex est, cujus corona clausa præ aliis hoc habet, quod undiq; liliis cincta appareat. Talis etiam Rex Hispaniæ, ex cujus antecessoribus Alphonsus VII. non tantùm hac clausa corona, sed & titulo Imperatoris usus memoratur, confirmante hoc Pontifice Innocentio secundo, cujus in memoriam quoq; titulum Imperialis Civitati Toletanæ attribuit, additis insignibus corona Imperiali aurea in campo rubro. Reges Daniæ, nec non Reges Bohemiæ, aperta utuntur corona, cujus alta pinnacula, liliata, aut flosculata dixeris. Principes, Duces, & cæteri hujus dignitatis, utplurimum ejusmodi quoq; utuntur coronis, sed pinaculis depressioribus. Archiduces Austriæ mitram purpuream habent, pelliculatam mure pontico, non multum differentem, cæterum si eximas ornatum, a mitra illa, quæ Electorum est. Nam & hæc quoq; intus pellicea est mure pontico, & aliquam pellis partem foras prominentem habet. De aliis coronis subnectam judicium du Moreau *d.l.p. 251.* Quod tamen potissimùm ad usum & praxin pertinet Gallicam: *Les courõnes des Marquis, & des Comtes sont presques semblables, sçauoir d'or, greslees au dessus de perles grosses & rondes qu'on appelle de conte, i'ay dit presque semblables pourceque la Marquis estant plus grand que le Comte adiouste à sa couronne un bas fleuron en forme de trefle de trois perles en quatre endroits Les vicontes n'ont qu'un cercle d'or pur, ou une couronne esmaillee.* Supra comitatutum insignia, qui domui Austriacæ subjecti, in frontispicio *annal. Austriac.* Gerardi de Roo, videmus coronam simplicem ex herba viridi, einen grünen Krantz / quod

quod reliquis Comitatibus commune peræquè & perpetuum non dixerim. *Les guirlandes & chapeaux de trimphe* (inquit Moreau. *p.253.*) *enlassès de rubans de soye, & de chaisnons d'or, & de perles que les Cheualiers & Barous portent sur leurs tymbres, ne meritent pas ce nom de couronne, car ils ne sont pas couronnés: mais peuuent estre compares à ces festons, & chapeaux, que les anciens appelloient corollas plectiles, qu'ils serroient, & lioient l'escorces de tilleuls, & qui se donnoient seulement par honneur; & tiennent quelques uns que ce droit de porter de ceste facon des couronnes, ou chapeaux, n'appertient qu'a ceux qui ont eu cet honneur, ou quelqu'un de leurs ancestres, de servir les Roys en leur couronnement, & qui ont soustenu leur couronne.* Apud 101.
nos etiam Nobilium galeæ coronæ capaces sunt, ut exempla nos docent, & legimus in den Thurnierbuch *p.101.* Das Heinrichen von Tudesen zugelassen worden/das Er die Chron auff seinem Helm führen vnnd behalten mögen / Wie jhm das der Römische Kayser gebessert hatte.

Præter hactenus enumerata alia quoq; sunt, extra quidem ipsa insi- 102.
gnia, tanquam Parerga, ipsa tamen sustinentia, quæ considerationem merentur. Ea non tantùm, ut splendorem insignib⁹ addant, in usu sunt, sed & peculiare aliquid plerumq; notant. Græciæ architecti colossos, onus aliquod sustinentes, Atlantides dicebant, fortassis à fabulis indè, quandò Atlas cælum fingitur humeris sustinere. Latini Telamones dixerunt, cujus rationem nescire se fatetur Vitruvius. Pictores delineàtunt Telamonem rapientem Hesionem, atq; in aëra sublevantem, indè fortassis Colossi isti & sustentacula, reliquum onus quasi in sublimi sustinentes, nomen acceperunt. Aut poterat dici compositum hoc esse vocabulum, ex tellus, & homines, quos Ennius homones dixit, ut indè sint Telomonos: quod conveniens nomen erit gigantibus, terræ filiis, quorum figuram colossus utplurimum exprimebat. Isti verò, ut ædificia videbantur sustinere, ita angelorum, hominum, atq; animantium figuræ, rarò quidem ad Germanorum insignia, frequentissimè vero Anglorum, aliorumq; appositæ, vel ut videantur totum insigniorum onus firmare, aut sustinere, vel ut tanquam custodes ad illa excubias agant. Regni Gallici insignia ab utroque latere Angelus firmat expansis alis. 103.
Hisce non poterat medius fidius firmius sustentaculum dari, aut alii excubitores insignibus poni præ Angelis, quorum inter alia muneris est, Regna, Regesq; tueri, ut indè vulgo creditum sit, quodlibet Regnum angelum custodem habere singularem. Carol⁹ VI Galliæ Rex Cervos alatos atlãtides insignib. suis posuit. Originē alii à somnio quodã, seu ficto, seu vero, mihi non patet, ducunt. Ferunt enim Regi aliquãdò somniũ fuisse, quasi in sylva sylvanectẽsi (*de sen lis* Gallis dicitur) versaretur, manu Falconē tenēs peregrinũ, cuj⁹ industria ardeas quãplurimas ster-

sterneret. Falconem autem extra conspectum in aëra se sustollentem, ope alati Cervi in sublime vectum, revocâsse, Alii indè hoc esse perhibent, quod Rex in venatione quapiam in cervum incidisset, cui collare, & hæc inscriptio: Hoc me Cæsar donavit. Quod herinaceos attinet, qui alicubi arma Gallica sustinentes conspiciuntur, illi Ludovicum XII. authorem habent, eosdem qui suscepit à Patre Carolo Duce Aurelianensi, ordinis Equitum herinacei fundatoris. Vti vero hoc animal spinosis setis à natura propriam ad defensionem instructum cognoscitur, ita Regis prædicti ingenium affabrè notat, quod bellicosum fuit maximè. Alii sustentacula insignibus suis jungunt, similia illis, quæ in scuto habent insignia, alii ex ordine Equestri, cui addicti, alii abundè petunt. Ducum Brunsuicensium insignia quandoq; videas à sylvestribus hominibus sustineri, von zweyen Wilden Männern. Regis Angliæ insignia, uno premit ex latere Leopardus, ex altero Draco. Quorũ hic & in Regio vexillo dicat, quod in honorem S. Georgii patroni Equitum Ordinis periscelidis habent, qui Draconem occidisse creditur. Quandoq; canis vestigator insignibus additus conspicitur, quia Anglia optimo atq; procero canum genere abundans est, quibus olim Nobiles lupos prædatores ma-
305. ximè represserunt. Etenim, quod aliis visum. Angliam, occultà quadam Antipathia lupos non ferre, ut Africa Cervos, fabula est inter aniles maxima. Ipsemet enim aliquot hinc inde per Anglici Regni partes lupos à Dynastis caveis inclusos, aut alio ne aufugerent, compeditos modo, vidi, quos ut animal rarum, quemadmodum Dynastarum alii Leones, Leopardos & alia animalia, nutrire volupe ducebant. Olim Anglia tàm abundans luporum fuit, ut Nobilium præcipuum venationis exercitium in eos fuerit. Cumq, ovibus, quibus copiosa Anglia, magna strage damnum in dies darent, Reges edicto tributum à subditis exegerunt, Capita luporum. Legimus quod Edgarius visi Saxo, Ludualllo cuipiam Nobili, tricenos lupos in singulos annos vectigalis nomine imperaverit. Cui accesserunt decreta Regia, ut ii, qui aliquod delictum non dolosum commisissent, idq; tale esset, ut mortis pœna aliqua ex parte mitigari jure posset, hoc modo plecterentur, ut tamdiu extorres, & infames essent, donec aliquot capita, vel linguas luporum à se interfectorum (quorum numerus pro qualitate delicti, ex arbitrio judicis major, vel minor imponebatur, afferrent) & hoc pacto veluti noxam soluerent, & sese expiarent. Hoc tàm diu aliquot per seculorum decursum duravit, ut crescente hominum improbitate, & multitudine delinquentium, sontes tàm exquisitè lupos, & eorum catulos fuerint rimati, ut

cùm

cùm lupicidarum plures essent, quàm ferarum, quæ indagabantur, ii universis ex latebris & antris hinc indè extracti & interfecti sint. Etenim postea accidit, ut adscripti illi ad perniciem luporum, per decennium, & amplius, omnes sylvas, & lustra ferarum maximo labore, sed frustrà perscrutantes, exilium perferre perpetuum cogerentur. Camerarius *lib. 1. horar. subcisiu. c. 28. p. 141. Il est uray que l' Escosse, qui à pleuré autre fois un des ses Roys (Terchardus 54.) tuè par un loup, est tellement peuplee de ces animaux, que si le passage pour aller d' Escosse en Angleterre (il n' y a en ce passage d' une mer a l'autre que uingte deux mille pas) n' estost fort estroit, bien garde d' hommes, & fourni de dogues, l' Angleterra en seroit tantost repeuplée*: Pierre Matthieu *tom. 2. liu. 5. narrat. 5. del' histoire d' Henry 4. p. 365.* Reges Scotiæ ad utrumq; insigniorum latus unicornu habent. Memorat Moreau *d. tr. ch. 8. pag. 301.* se vidisse insignia Principis Walliæ (nomen est primogeniti Regis Angliæ) sustineri ab ejusmodi animalibus, quæ alii non nisi picta in rerum agnoscunt natura. Clypeum insigniorum Hadingthonis, Scotiæ ViceComitis (bipartitus ille est, partim colore viridi, partim albo distinctus. In illo manus gladium exerit, cor perforans, cujus cuspidi corona hæret. In albo surgere videas aquilam coronatam; Clypeo imminet planta virens? symbolum est, Hæc dextra vindex Patriæ. Fuit hic Hadingthonius primùm satelles magnæ Britanniæ Regis Jacobi, deindè ejusdem liberator à Comitibus Gauriæ, & denique, in præstitæ fidelitatis signum, Vicecomes Hadingthoniæ: Cambdenus *in Scot p. 687. & 709.*) ab uno latere unicornu, ab altero Leo tegit. Insignia Neapolitana sustinent duæ sirenes, fortassin in memoriam Parthenopis Sirenis, qua aliquandò Neapolis clara extitit. Qui- 107.
bus arma & insignia conquirendi hinc indè per orbem potestas est, ut de insignibus suis aliis nonnihil communicarunt, ita etiam de eorum fulcris & sustentaculis liberales quandoq; extiterunt. Alii ut significarent, quorum auxilio aliquandò usi, vicinorum atq; fœderatorum insignia suis posuerunt sustentacula. Alii materna & cognatorum paternis & propriis adjecerunt. Alii recentia insignia conquirentes, vetera vel scuto, vel galeæ reliquerunt, nova & accessoria veteribus quasi columnas addiderunt.

Hujus exempla ponit Burdegallensium & Avenionensium insignia, Moreau *d. l. p. 303.* Civitatis Burdegallensis insignia hodierna sunt, effigies curiæ ejusdem civitatis; clypeum sustinent duo verveces. Isti antiqua Civitatis indè fuerunt insignia, quia ex Biturigibus, quibus hodie hæc restant insignia, originem traxit. Avenionensis civitatis insignia

ſunt tresclaves, quia Pontifici ſubdita; ſed olim habuit, dum ſub Imperio fuit, pro inſigni gyrofalcum, cujus pat hodierna premunt inſignia, & roſtro & pedibus, addita ſcriptura, à bec & griffes, hoc eſt, & roſtro & ungulis; quibus notatur, qua affectione mutationem dominatus ſuſceperint.
108. Cæterùm inſigniorum varius eſt uſus. I. Videmus illa annulis ſignatoriis inſculpta. Quod non tantùm hodie, ſed & olim quoq; in uſu & obſervantia fuit, ut Gaſpar. Anton. Theſſaurus *quæſt. lib. 2. q. 2. n. 5.* declarat. Quantum autem ſigilla iſthæc ad probationem faciant, & quibus caſibus probent, fuſius explicat Maſcardus *de probat. volum. 3. concluſ.*
109. *1302. & ſeq.*

II. De Carolo M. Imperatore, memoratur à nonnullis, eum inſignia ſui gladii capulo inſculpta habuiſſe. Quod ſi verum eſt, ad illud referri poterit, quod JCtus dixit in *l. 22. §. 5. ff. qui teſtamentum facere poſſunt,* variè homines ſignare. Leguntur autem multa Caroli diplomata, quibus adjecta hæc verba, de annulo noſtro ſigillari præcepimus, quæ innuunt eum etiam annulo ſignatorio uſum.

110. III. Præterea etiam inſignia ſuis quisq; imprimit monetis. Kayſers Ferdinandi Müntzordnung *de anno 1559.* §. Wir aber vorgeſtelte.

Eodem ferè fine ſollen die Goldtſchmidt auff jhre wahren ſchlagen laſſen deß Herrn oder der Statt Wappen/ darunder ſie geſeſſen. Reformation guther Policey *de anno 1548. t.* von Goldtſchmidten.

111. IV. Solent & in Gallia magnates ponderibus ſua imprimere inſignia: Choppinus *de domanio Franciæ lib. 3. tit. 22. n. 2. p. 636.*

112. V. Vexillis quoq; inſignia adpingi videmus. Vexillum Imperi-
113. um noſtrum proprium habet R. A. zu Speyer *de anno 1542.* §. Wann
114. nun auch/ *&* §. *ſeq.* cujus in medio Imperialis fulget Aquila. Conſtantinus Magnus crucem in vexillo habuit, auro & gemmis precioſiſſimis co-
115. ruſcantem. Nomen vexilli Imperii olim erat, Labarum, vel ut alii legunt, laborum, Sozomeno *lib. 1. cap. 4.* λάβωρον dictum. Huic qui præponebantur, dicti fuerunt Præfecti laborum, ut titulum & legem unicam *C. lib. 12. tit. 18. explicat.* Cujac. *in not. ibid. &* Poucetus *de jure municipali*
116. *n. 45. p. 161.* Reges Galliæ primi temporis Auri flammam, ſuum dixere vexillum, l'Oriflamme, quod contra fidei tantum educebant hoſtes, tanquam rem ſacratam, & victoriæ futuræ certiſſimum nuncium; de quo videndi Choppinus *de domanio Franciæ lib. 2. tit. 14. n. 14. p. 371.* Petrus Pithæus *liur. 1. des Comtes de Champagne & Brie pag. 480.* ac Moreau. *d. tr. chap. 10. p. 333.* ubi hoc deſcribit, quod fuerit *un eſtendart de forme quarreé auec fanons, & queues, faict d'un ſendal de drap d'or uermeil, flammoyant, & eſtincel-*

estincellant comme feu, semè de fleurs de lis en lances d'or, lequel les Roys de France leuoient de dessus l'autel de S. Denys, auec grande ceremonie, & deuotion, & ne l'employoient, que contre les ennemis de la foy. car aussi l'estimoit on auoir estè enuoyè du ciel par grand mystere. Turci vexillum viride Mecha asservant illudque summa colunt relligione: Thuan. *lib. 115. histor. pag. 729. edit. Franc.* Apud eosdem enim color viridis in summo est honore, & nemo ejusdem coloris vestibus utitur, nisi qui sunt ex prosapia & stemmate Mahometi. *I. Tartari del Zegatangia, i Battriani c' habitano oltre il mare Caspio perche professano di essere della vera discendenza di Mahometo, portano il Tulpante in capo, di color uerde, onde sono detti Ieschilbassi: L' Ottomanno di Lazaro Soranzo part. 2. n. 49. p. 67.* In investituris, quæ per vexilla fiunt, feudi insignia adhuc hodie videmus depicta, de quibus *sup. lib. 4. cap. 7. n. 28.* 117. 118.

VI. Nonnunquam Ecclesiis apponuntur insignia, in symbolum juris Patronatus. Br. *in l. 2. ff. de operibus publicis*, Choppin. *de domanio Franc. lib. 3. cap. 19. n. 16. pag. 607.* Nonnunquam in iisdem parietibus affiguntur, ut vel eos notent, qui ibi sepulti, vel antiquitatem innuant familiæ; vide Menoch. *lib. 4. de præsumpt. 88. n. 21.* 119.

VII. Quandoque civitatum portis, curiis, aliisq; ædificiis publicis, item columnis in via publica, lapidibusque adfixa, adpicta, insculptave sunt Principum insignia, in symbolum superioritatis, Knichen. *cap. 14. encyclop.* Wesenbec. *consil. 21. num. 68. pag. 1.* Mediolanenses promiserunt Friderico, I. Imper. Aquilam ponere super campanile Ecclesiæ majoris, in signum fidelitatis: Goldast. *tom. 3. Constitut. Imper. pag. 336.* Regia Gallorum ordinatio est, *que en toutes saisies de maisons, des uilles, & uillages, en faisant la saisie, ou deuant la premiere crieé sera mis & affigè sur l' entrée de la maison un panonceau portant les armes du Roy*: Choppin. *de legib. Andium lib. 3. tit. 3. num. 12. pag. 525.* Quod si in uno loco, alius habeat jurisdictionem civilem, alius criminalem, illius, qui civilem jurisdictionem obtinet, non qui criminalem, insignia muris apponenda, asseruerunt Mar. Frecc. *de Feud. lib. 1. in 46. author. num. 1.* Surdus *consil. 323. num. 38.* Thom. Mich: *de juridict. conclus. 56. lit. D.* 120. 121.

VIII. Privati quoque possessionibus, rebusque suis, insignia propria jungunt, in characterem dominii. *l. 14. in f. ff. de peric. &* 122.

commod. rei vendit: Indeque est, quod balla præsumitur illius esse mercatoris, cujus signum habet: Mascardus *de probat. volum. 1. conclus.*
123. 160. Et usque eo hominum placentia ruit in signandis rebus suis, ut ego aliquem in Galliis noverim, qui caligis suis insignia gentilitia sartoris quantum potuerat exprimere industria curaverit apponi. In Imperii Recessu Augustano de anno 1500. *tit.* von den Schalcks Narren legimus, etiam moronibus à viris Principibus & Nobilibus *insignia* fuisse appensa, cui tamen licentiæ modus ibidem positus dignoscitur. Præterea Heroldi insignia domini sui gestare sunt soliti. Idem sed differentiam cœteris modo faciunt tabellarii, die eine Botten büchse haben/ daran jhrer Herrn Wappe/ vide Ordinat. Cam. *part.* 1. *t.* 35. §. Es sollen auch. *&* §. *seq.* Denique ut huic capiti colophonem imponam, notari velim ut cætera cum homine sublunaria, motui, mutationi, necique subjecta, ita quoque & ipsa insignia. Crescunt enim illa quandoque & augentur, quandoque decrescunt & imminuuntur, mutantur quandoque, quandoq; in totum expirant. Crescunt aut novo aliquo facinore, aut novarum ditionum adjectione. Ita videmus Hispaniæ Regis insignia variis fortunæ incrementis in immensa surrexisse. Decrescunt quandoque legitimis alienationibus, res, quorum insignia sunt, à possessore recedunt. Cœterùm violentis si extorqueantur mediis, possessione interversa, vindicatio superest, cujus intuitu Magnates non sine ratione etiam antiqua conservant insignia, ut successores imminuti admoneant dominii, stimulosque relinquant, quibus occasione data in bella prorumpant, & avita involent latifundia. Mutatio insigniis accidit variis ex causis: Caroli Magni temporibus, omnia Belgarum insignia ferè fuisse mutata, pro certo habet Pontus Heuterus *in histor. vet. ac nov. Belg. lib. 2. cap. 25. n. 174.* Wiltos exinde Nortmannosque partim nova adduxisse signa, partim Belgarum antiqua servasse, quæ ad ea perdurarint tempora, quo Duce Gothofredo Bullionio Belgarum Reguli, cum communis Europæ Principibus in Syriam Palestinamque, ad sacrum proficiscerentur bellum, inde victores reversos, signorum notas in armis, scutis, clypeis, vexillis ac sagis minitaribus pro maxima parte mutasse. Quosdam enim cœsi à se Mahumetici principis signum, in fortitudinis æternum testimonium sumentes posteris reliquisse. Alios devictæ alicujus præclaræ urbis signum assumpsisse, aut aliis de causis avita majorum suorum gentilitia signa, domum revertentes mutasse, illudque etiamnum hodiè videre licere in Hollandiæ, Flandriæ, Brabantiæ vetustis clypeis. Alios distinctionis causa nova signa excogi-

excogitasse, quemadmodum Duces Brabantiæ à Lotharingis separati. Mutat ea novus quandoq; Dominus ad placitum, ut suprà civitati Avenionensi contigisse diximus, Et contigisse novimus Civitati Egranæ, quæ postquam ab Imperio pignoris jure ad Boëmiæ transiit Regnum, Aquilam, quam antea in scuto totam liberam habebat, inferiora ad membra nunc constrictam & cancellis obtinet inclusam. Quandoq; delictum mutationi causam præbet. Ita postquam anno 1271. Abbas Fuldensis à suis subditis, atque vasallis fuisset occisus, familia der von Steinaw/ (ex qua nonnulli necis præcipui fuerant patratores) insignia mutare fuit coacta, atq; in vicem priorum assumere tres rotas & totidem novaculas. Chron. Thuringiac. Johannis Bangen. *p.105.* Expirant in totum insignia. I. Si familia, cui tanquam adjuncta insignia erant, intereat. Undè moris est, wann der letzte deß Stammens vnnd Nahmens verstorben/ das Signet/ Schildt vnnd Helm bey dem Grab/ theils zubrochen/ zerschlagen/ theils mit beyzulegen/ vnd zubegraben. Joh. Rüdinger. *centur. 5. observ. 46.* 125.

II. Sententia superioris, in quem crimen læsæ Majestatis fuit commissum, ab eo, cujus cassantur atq; delentur insignia. *arg. l. 24. ff. de pœnis.* Ita in sententia, qua Carolus Borboniæ Dux, tanquam reus criminis læsæ Majestatis à Rege Galliæ damnatus, legimus apud Steph. Pasquier. *des recher. de la Franc. chap. 15. liur. 5. p. 589. à ordonnè & ordonne que les armes & enseignes appropricés particulierement a la personne dudit de Bourbon affiches és lieux publics en son honneur, en ce Royaume, seront rayeés &, effacées.*

In sententia contra Joh. & Alexandrum Ruvenos, Gauriæ Comites, qui Regi Scotiæ Jacobo nefarias struxerant insidias, Ruvenorum nomen, tanquam infame & detestandæ memoriæ, omninò abolitum decretumq; , ut superstites duo fratres gentilesq; omnes, eo deposito, maternum, aut alterius familiæ adoptivæ, aliena item insignia, avitis amissis, sumerent: Thuan. *lib. 124. p. 9. 10.*

LIBRI SEXTI
De Iure Publici Imperii Romano-Germanici
FINIS.